Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Müller Gerlach Siassius Samuel Hollmann

De Summo Hominis Christiani Bono Ex Psalmo I. Davidis : Dissertationes Philologico-Theologicae Duae

Rostochii: Richelius, 1660

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

R U. Rost 1660

Heinrich Müller

Vert.: Gerlach Spranius

Vert.: Samuel Holmann

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175/phys_0002
DFG

DE

SUMMO HOMINIS CHRISTIANI BONO

Ex PSALMO I. DAVIDIS

DISSERTATIONES PHILOLOGICO-THEOLOGICÆ DUÆ

In Academiâ Roſtochienſi publicè

exhibitæ

ab

AUTORE ET PRÆSIDE

HENRICO MÜLLERO,

Theol. Doctore, Profeſſore publico Ordinario,

& ad Div. Mariæ Archidiacono

RESPONDENTIBUS

VIRIS-JUVENIBUS Eximiis & Præclaris

GERLACO SJASSIO, Oldenburg.

&

SAMUELE HOLMANNO,

Hervord-Weſtphalo.

Universitäts-Bibliothek Roſtock

ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

Anno cIↃ IↃc LX.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175/phys_0003

DFG

SERENISSIMI & CELSISSIMI

PRINCIPIS

CHRISTIANI LUDOVICI,

BRUNSVICENSIUM ET LUNEBURGENSIUM DUCIS,

CONSILIARIO INTIMO, ORATORI ET CANCELLARIO

DOMINO

HENRICO LANGENBECK,

VIRO

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO, & EXCELLENTISSIMO,

DEO, PRINCIPI & PATRIÆ

NATO

PATRONO SUO MAGNO,

SALUTEM ET OBSERVANTIAM!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175/phys_0004
DFG

Lucubrationum harum, *Vir Nobilissime & Excellentissime*, Magnificentiæ Tuæ dicandarum nomina non pauca me obligant, nec vulgaria. Tu, *Magnifice Dn. Cancellarie*, antè qvadrienniũ & qvod excurrit Theologiam meam Scholasticam, SERENISSIMO Tuo PRINCIPI humilimè consecratam haud in minimo habuisti pretio. Tu studia mea, qvod diffiteri nefas esset, amplissimo semper prosecutus es Favore. Tu nuper, SERENISSIMI Tui PRINCIPIS, illustris Academiæ Juliæ hodie CANCELLARII & DIRECTORIS MAGNIFICENTISSIMI nomine honores Doctorales gratiosissimè dispensasti. Superasti, fateor, *Vir Magnifice*, non tantum in hoc meum (qvod eqvidem in me nullum agnosco,) meritum, verùm etiam, qvod longè divinius est, votum.

Qvi tot nominibus *Magnificentiæ Tuæ* plurimùm obstrictus sum, qvo me exsolvam vix invenio. Nihil occurrit, nisi, qvod ecce! reverenter offero chartaceum de Summo hominis Christiani Bono philologicè & theologicè conscriptum munusculum. Fore ut hoc gratum

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175/phys_0005
DFG

tum Tibi sit nullus dubito. Nam sanctioris Scripturæ Verba Politicorum esse lumina decet. Hæc labentibus annis non fluunt; hæc stant ruente mundo; hæc suos apices conservant non tàm atramento perscriptos, qvàm Christi sangvine radiantes. Qvamobrem benevolâ fronte charecteres hosce accipies, iisq; splendorem Nomine Tuo asseres.

Vive, *Vir Magnifice*, & secundum voluntatem divinam per concatenatos multorum annorum ductus felicitate fruere omnibus numeris absolutâ, felicitate qvæ & hujus vitæ complectatur commoda, & in beatam ducat immortalitatem. Vive DEO ejusq; honori, Vive PRINCIPI Tuo SERENISSIMO ejusqve Consiliis, & commodis, Vive Musis Juliis earumq; saluti, Vive bonis omnibus, mihiq;, qvi testem animi mei observantiam omnem Tibi obligo atqve obseqvium. Rostochii ult. Decembr. Anni cIↃ IↃc LX.

Magnificentiæ Tuæ

æternùm devotus

Henricus Müller/D.

PSALMUS PRIMUS.

Oeconomia Psalmi.

Psalmus primus constat Propositione & Confirmatione. Propositionis Thema est conjunctum, adstructivum alterum, alterum destructivum. Adstructivum habetur vers. 1. 2. 3. *Ubi ponitur* 1. *Affectio demonstranda,* Beatitudo. 2. *Subjectum, quod est homo justus* v. 6. *In descriptione subjecti vicem generis sustinet vox* אִישׁ. *Differentiæ petitur ab effectis, & indagatur* α. κατ' ἄρσιν, *per remotionem actionum justo non competentium, quarum sunt tres, Metaphorâ à triplici situ hominum in hâc vitâ desumtâ notatæ. Distinguuntur autem illæ actiones, tùm modo agendi, per verba* ambulandi, standi, sedendi: *tùm objectis, in vocibus* consilii, viæ, cathedræ: *tùm* subjectis, *quæ sunt* improbi, peccatores, irrisores. *Et triplici gradatione elegantissimâ amplificantur.* β κατ' θέσιν, *per positionem actionis principalis, ex quâ reliquæ omnes fluunt, quæ est* meditatio verbi divini, *eaq; describitur ab adjunctâ, tùm voluptate, tùm durationе.* 3. *Affectionis natura, quæ proponitur, tùm allegoricè, tùm propriè. In Allegoriâ petitur similitudo ab Arbore, consideratâ & quoad bonam radicationem, & quoad fructus commodos, & quoad folia virentia. Apodosis hæc est: Sicut Palma, Laurus, aut alia quædam arbor, vitalibus aquarum succis irrigua profert fructus & frondis retinet honorem; ità beatus ille est, qui firmas egit divinæ benedictionis radices, ut hinc in publicum fit proficuus, quandocunque opus est &c. Propria beati descri-*

scriptio

ptio est in verbis: Qvicqvid faciet, prosperabitur. *Beatitudo enim Theologica est operatio bona, cujus finis est prosperitas.*

Destructivum Thematis membrum annectitur priori per לא־כן, *particulas sensum contrarium exprimentes. Subjectum effertur voce* הרשעים. *Prædicatum* 1. *per negationem beatitudinis:* Non ità. *Miseria ergò est defectus vel privatio beatitudinis.* 2. *Per similitudinem, petitam à glumâ, quam ventus hinc indè projicit. Ex membro hoc Psaltes elicit Porisma, per conclusivum* על־כן v. 5. *quo eventum impiorum declarat.*

Confirmatio formata per causale כי *rationem Themati subjungit geminam: Prima ponit causam beatitudinis justorum, quæ est providentia DEI, providentia beneplaciti; Altera dat causam miseriæ impiorum, quæ est vindex punitio & perditio DEI.*

TEXTUS CUM VERSIONIBUS VARIORUM.

Versus 1.

Hebræus: אשרי האיש אשר לא הלך בעצת רשעים וברך
חטאים לא עמד ובמושב לצים לא ישב:

Chaldæus: טוביה גבר דלא הליך במלכת רשיעין ובאורחת
חיבין לא קם ובסיעת ממקני לא אסתחר:

Syrus: טובוהי לגברא דבאורחא דעולא לא הלך: וברשינא
דחטיא לא קם: ועל מותבא דממיקנא לא יתב:

LXX. Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε. (*Aquila:* ἐν καθέδρᾳ χλευασῶν. *Symmachus:* ἐν καθέδρᾳ ἐμπαιζόντων οὐ κεκοινώνηκεν; *Theod. 5. & 6. editio:* ἐπὶ καθέδρᾳ παρανόμων οὐχ' εὑρέθη).

Junius: Beatus est (sic Vulgatus, Münsterus, Pagninus, Castalio: sed Arias; *Beatitudines*) Vir ille, (ita qvoqve Vatablus

tablus & Tigurina. Sed Vulg. Münſt. Pagn. Arias ſimpliciter; *Vir.* Caſtalio; *homo)* qvi non ambulat (Münſt. *non ambulavit.* Vulg. *non abiit.* Caſtalio; *non verſatur.* Vatablus & Tigurina pro *non* in omnibus tribus membris ponunt *nec)* in Conſilio (Pagninus; *in Conſilium)* improborum (Vulg. Münſt. *impiorum)* & viæ peccatorum non inſiſtit (Reliqvi omnes ſimplex verbum *ſtandi* cum *in)* ac in conſeſſu (Vulg. Pagnin. *Cathedrâ)* deriſorum (Vulg. *Peſtilentiæ.* Caſtalio: *Scurrarum)* non deſidet (Vulg. Münſt. *non ſedit.)*

Lutherus: Wol dem *(Editio ante Lutherum excuſa:* Salich is de Man. *Piſcator:* Selig iſt der Mann) der nicht wandelt *(Editio citata:* De nicht en ghinck. *Dietenberg:* Der nicht abgetreten iſt) im Raht der Gottloſen *(MSS.* der unmilten) noch tritt *(Editio antiqvior:* Noch ſtunt. *Piſcator:* Noch ſtill ſtehet) auff den Weg der Sünder. Noch ſitzet / da die Spötter ſitzen *(MSS. & citata: Dietenbergius item:* In dem Stul der Peſtilentz)

Belgica nova: Wel-gelückſaligh iß de Man *(Editio antiqvior Harlemenſis:* Wel dien) dee niet en wandelt in dem Raedt der Godtloſen / noch ſtaet op den Wegh der Sondaren / noch ſitt in het Geſtoelte der Spotteren *(Antiqvior:* da de Beſpotters ſitten).

EXEGESIS.

אשרי, Beatè] Variant Grammatici. Rabbini, Kimchi, Jarchi, & pleriqve alii volunt eſſe שם העצם *nomen Subſtantivum,* numero multitudinis poſitum, qvia ad beatitudinem non unum tantùm boni genus, ſed multorum concurſus reqviritur. Abdias Sippornus vocem numeri pluralis interpretatur de felicitate tàm hujus, qvàm alterius vitæ. Adſtipulatur Verſio Chaldæi, Syri & Ariæ-Montani Pagninus vult eſſe שם התואר *nomen Adjectivum* numeri pluralis, inſtar nominum exiſtentium in regimine genitivi, & dici tàm de uno, qvàm de pluribus, ſecundùm exigentiam

igentiam verbi, nominis vel pronominis. Hinc in sensu concreto exprimunt Græci, Batavi, Münsterus, Vulgatus, Autor Version. Germ. antè Lutherum, Autor MSSti, & cum supplemento Substantivi Junius. Glasius putat esse Substantivum vicem Adjectivi sustinens, sicut Gen. XVII, 5. המון גוים *multitudo gentium*, pro multis gentibus, πολλῶν ἐθνῶν, ut habet Apostolus *Rom. IV. 17.* & Lutherus; Vieler Völcker. Idem ly אשרי האיש refert ad ea, qvæ in statu Regiminis per hypallagen ponuntur, ut *beatitudines viri* sit idem, qvod *vir beatitudinum*, s. beatissimus, sicut *Lev. XXII, 4.* שכבת־זרע *concubitus seminis* pro זרע־שכבת *semen concubitûs.* Videatur ipse in *Gramm. sacr. l. III. Tr. I. can. 8. & 43.* Mercerus, Schindlerus & alii existimant, אשרי juxtà proprietatẽ lingvæ referre naturam particulæ, qvia nunqvam puncta sua variat, sicut nec אחרי aut אחרי. *Valet*, inqvit Mercerus, *propriè, feliciter illi, vel illis &c. ut sit benè ominantis, s. felicitatem & omnia prosperam annuntiantis. Itaqve, ubicunqve occurrit, ut significantius exprimatur, mallemus vertere, ô qvàm præclarè, vel prosperè agitur cum eo, iis &c.* Conspirat cum Mercero Simeon de Muis, cujus verba in h. Ps. sunt: *Ego existimo vocem* אשרי *Adverbium esse, significans beatè, qvod usurpetur, qvemadmodum alicubi apud Plautum: benè vos, benè nos, benè te, benè me &c. qvasi hic ad verbum diceretur; beatè virum illum.* Irà Lutherus: Wol. Qvoqvo modo accipias, eodem res redit. Ut tamen sententiæ ultimæ adstipuler, ferè persvadeor ex *Eccles. X.* collat *vers. 16* cum *17.* ubi oppositio datur inter אי & אשרי Wehe & Wol. *Væ Tibi & benè te ô terra &c.*

Qvod vim vocis Hebrææ attinet, non utiqve contemnenda est Nota Piscatoris: Hebr. Fortgänge sind des Manns / das ist / es wird dem jenigen alles fortgehen und gelingen / was er fürnimt. אָשַׁר *incessit.* Hinc אֹשֶׁר *beatitatem* notat & per gradus & semper progredientem. אַשְׁרֵי *beatè, beatè,* Wol / und aber Wol. Per Superlativum eleganter expresseris. Chaldæorum טוב propriè *bonitatem*; metaphorice, *hilaritatem*; & apud Talmudicos subindè, præsertim in Dialecto Hierosolymitanâ, *copiam* dicit, adeoq; designat *copiam bonorum lætificantium.* Concordat ferè Latina vox Beatitudinis.

Beatus

Beatus enim, ait Isidorus l. X. Origin. lit. B. *dicitur qs. benè auctus, sc. ab habendo, qvod velit, & nihil patiendo, qvod nolit. Ille autem verè beatus est qvi & habet omnia, qvæ vult bona, & nihil vult mali: ex his enim duobus homo beatus efficitur.* Græcum Μακαριότης excellentiæ significativum est, ut non qvalecunqve, sed summum bonum indicetur. Undè Varinus Phavorinus in Lexico: μακαριότης, τουτέστι, κορυφὴ τῶν ἀγαθῶν.

Insuper notandum est 1. אשרי primariò hîc non dicere beatitatem patriæ s. visionis, sed viæ s. fidei. 2. Non describi hîc causam, ob qvam detur beatitudo; sed subjectum beatificandum.

האיש] Hebræum איש sæpè est nomen ἀρετῆς, & dicit eos, qvi sunt nobiles, maximè qvando est oppositio inter בני־איש & בני אדם (subinde tamen etiam notat eos, qvi sunt è vulgo *Gen. XXIV. 32.*) Nec aliter vel Chaldæorum גברא; vel Græcorum ἀνὴρ, ἀπὸ τῆς ἀνδρείας; vel Latin *Vir* à vi aut virtute hominem denominans. Sæpè est sexus discretivum in unâqvâq; animantium specie. Sæpe per Synecdochen speciei utrumqve sexum complectitur, & generatim significat hominem. Sic *Gen. XXXIX.* de Josepho dicitur, qvod fuerit איש prospere agens, cùm tamen esset 16 annorum Juvenis. Non opus est, ut hîc singularem respectum prudentiæ virilis habeamus, simpliciter dicimus, איש apud Hebræos generale esse, & qvemvis hominem denotare.

Atqve in hoc ferè sensu nonnunqvam per *aliqvis*, *qvidam* vertendum venit. *Exod. II, 1.* Græci τις *Hos II, 10.* Græci μηδεὶς. Græcorum qvoqve ἄνθρωπος & ἀνὴρ ἀορίστως accipiuntur. *Matt. XX, 1.* ἄνθρωπος οἰκοδεσπότης dicitur *qvidam Paterfamilias.* & *Act. VIII, 27.* ἀνὴρ Αἰθίοψ *qvidam Æthiops.* Nec est, ut cum Bezâ Hebraismum vel Hellenisticismum hîc fingas, cùm ipse fateatur, apud Herodotum in Thaliâ, inveniri hanc phrasin; ἀνὴρ ἁλιεὺς. *Qvidam Piscator.* Qvis autem negaret, Herodotum purè Græcum usurpasse sermonem? Si de Herodoto dubitas, adde Xenonem de Polit. Atheniens. qvi ità: καὶ ἐν τῷ τινας ὁρῶ μεμφομένους Ἀθηναίους, ὅτι ἐνίοτε οὐκ ἔστιν αὐτόθι χρηματίσαι τῇ βουλῇ, οὐδὲ τῷ δήμῳ, ἐνιαυτὸν καθημένῳ ἀνθρώπῳ

Et in hoc video &c. *etiamsi aliqvis integrum ibi sedeat annum.* Aristophanem Eqvit. p. 104. ὡς τὸν εἶπ' ἀνὴρ τῶν ῥητόρων. *Itaqve dixit qvidam Rhetorum.* Istud concesserim, איש & ἀνὴρ h. l. materialiter designare qvemvis hominem, non tamen negârim, formaliter connotari præstantiam & fortitudinem spiritualem. Conf. *Jer. V, 1.*

Præfixum ה̇ nec Chaldæus, nec Syrus, nec Græci, nec Vulgatus observant. Junium tamen expressisse adverto, tanqvàm ה̇ הידיעה. *Beatus Vir ille.* Omninò existimo, non frustrà appositum esse, sed ut insinuet & qs. restringat Subjectum, de qvo affectio beatitudinis erat demonstranda. Prætereà alia emphasis latet in ה̇ πῶς. Sermo enim est cum exclamatione, & non tàm justi feliciratem in se, qvàm studium illud pietatis, qvo justus est præditus, commendat. Wie selig ist der/ ja eben der/ der nicht &c.

אשר לא] Insignis in his verbis est Ἀνάβασις, qvâ velut per gradus ab imis ad summa itur, sic ut semper posteriores voces imprægnent significatum, tùm in subjectis, tùm in objectis, tùm in prædicatis. Advertit id R. Aben-Esra ad h. l. קדמנינו ז'ל אמרו כי עמד קשה מן הלך וישב קשה מכלם *Progenitores nostri (memoria eorum sit in benedictionem) dicunt, qvod* עמד *plus sit, qvàm* הלך & ישב *plus sit, qvàm utrumqve.* Ejusmodi magnificas & efficacissimi sensûs ἀναβάσεις, ad orationis tùm elegantiam, tùm energiam pl. facientes, reperies etiam in aliis locis. *Es. LII, 13.* Porrò; *Gradatio*, inqvit Cicero ad Herenn. l. IV, *est, in qvâ non antè ad conseqvens verbũ descenditur, qvàm ad superius conscensum est, hoc modo: Nam qvæ reliqva spes libertatis manet, si illis & qvod libet, licet; & qvod licet, possunt; & qvod possunt, audent; & qvod audent, faciunt; & qvod faciunt, vobis molestum non est?*

Basilius in *Symb. Apost.* hàc gradatione significari censet peccata cordis, oris, operis, s. male cogitata, dicta, factaq;. Junius *improbos* dici censet, qvi sunt animo; *Peccatores*, qvi sunt vitâ mali; & *Derisores*, qvi in utroqve omnibus modis sunt obfirmati. Sic *Consilium* est animi; *via* vitæ, & *consessus* habitudinis. Ita *ambulare* est

re est finem intendere; *stare* est mediis ad finem facientibus inhærere; *sedere* est tàm mediis, qvàm fini acqviescere. Nec aliter ferè Qvistorpius *in suis annot.* Gesnerus *in Comment. super Ps. I.* Belgæ in *notis ad h. l.* Glassius in *Rhetor. sua tr. VI. c. VII. §. 572.* Alii aliter. Id certum est, innui hâc gradatione, dari omninò gradus, ut peccatorum, sic & pœnarum. Levius enim delictum est, intendere malum, gravius patrare, gravissimum continuare.

הלך] Non peccant, qvi in *præsenti* reddunt, ut cum Luthero & Junio faciunt Batavi. Nam usitatum est in Scripturis, ut unum tempus, qvodcunqve illud sit, pro omnium temporum differentiâ usurpetur, qvando significatur rei perduratio & permanentia. *Non ambulavit*, ergò est, *non ambulat, nec ambulavit, nec ambulabit.* Inprimis, qvia Hebræi præsens verbi tempus non habent, ideò pro eo tùm participio præsenti, tùm futuro, tùm præterito crebrò utuntur. Nec apud Græcos insolita est hæc temporum enallage. *I. Pet. V, 12.* ἐν ᾗ sc. χάριτι, ἑστήκατε. Non enim est, ut corruptelam Textus hic somniemus, sicut qvidam contendunt; olim scriptum fuisse & proinde legendum esse, ἑστήκετε, *statis*, non autem ἑστήκατε, *stetistis.* Qvis ignorat, apud Græcos præterita media præsentis sæpè significationem accipere? Conf. *Matth. III, 2. I. Tim. V, 5.* Maximè verò apud Græcos actio solita præterito vel Aoristo exprimitur. *Luc. I, 10.* ὁ παρεστηκὼς, *qvi adsto*, vel, *qvi adstare soleo.* Nec tamen hanc temporum apud Græcos permutationem Hebraismum statim nominaverim, cùm & aliis purè Græcis Scriptoribus in usu sit. Demosthenes περὶ στεφάν. inqvit: οἰκοδομήσαι σοῦ τοὺς γόνεας ἡμῶν ταῦτα τὰ δικαστήρια ὑπέλαβε, pro ὑπολαμβάνω. Nec Latio ignota est hæc Enallage. Sic Virgilius *lib. II. Æneid. Qvanqvam animus meminisse horret, luctuq; refugit.* Hebrææ Lingvæ sicut nullam volo illatam injuriam, sic nec Græcæ inferri vellem. In allegatis ex V. T. Versione τῶν LXX. Hebraismos interdum inesse non nego: in cæteris, exceptis pauculis, purè Græcum assero, inprimis contrà eos, qvi per Hebraismum intelligunt Helleniſticum, h. e. non purè Græcum dicendi sermonem. Hebraismos in N. T. subindè reperiri satis certum

tum est, at sine omni solœcophaniâ, sicut in Virgilio, Ovidio & Horatio multos Græcismos concedimus, absqve tamen omni depravatione Latinitatis. Sed qvo provehor? sufficiat ad substratum הלך hoc dixisse; verba præteriti aut futuri temporis in generalibus sententiis non significare, qvid factum aut futurum sit, sed qvid perpetuò fieri soleat aut debeat.

β. Nec hîc susq; deq; habemus observationem Rabbini Kimchii, qvâ vult, tribus verbis, *ambulandi, standi, sedendi*, omnes omninò hominis situs contineri. Nam *sedere*, inqvit, comprehendit & *cubare*: & præterea nemo ferè cubat, nisi ut dormiat: qvi autem dormit, neqve benè, neqve malè agit: atqve idcircò rectè h.l. omissum verbum *cubandi*.

γ. Verbum *Ambulandi* per Metaphoram à Viatoribus desumtam in genere comprehendit omnem animæ nostræ corporisq; motionem, qvâ ad scopum qvotidiè ferimur propiùs, s. omnia nostra negotia, qvibus vel cum DEO, vel cum proximo agendum nobis est, fermè sicut Latini qvoqve ac Germani utuntur verbo *conversandi*, Wandeln/ umbgehen. *I. Reg. IX, 4. Psal. LXVIII, 22.* Nec hoc loco caret suâ emphasi. Dicit 1. serium studium, perpetuumq; qs motum, qvo impii sine ullâ morâ continuè circà mala occupati sunt, sic ut nunqvàm qviescant. 2. Profectum in malo, sicut *Prov. IV, 18.* Lux dicitur הולך ואור *ambulare & lucere*, h. e. magis magisq; lucere. Rectè Vulgatus: *progreditur & crescit usqve ad perfectum diem*. Conf. *I. Sam II, 26. II. Sam III, 1. Jon. I, 11. 13* 3. Consensum s. approbationem, qvo ambobus, ut dicitur, pedibus itur in impii consortii sententiam. Hinc Pagninus: *in Consilium*. 4. Vagum qvid & inconstans. Sic Eccles. VI, 9. *ambulare animâ* est vagis ac incertis cupiditatibus indulgere: atq; sic optimè respondet Prædicatum Subjecto suo, qvod sunt רשעים, de qvo infrà. 5. Est, ubi הלך usurpatur de discessu hominis ex hâc vitâ. Nam sicut בא *venire* ortum hominis significat; sic הלך *abire* interitum *Eccles. I, 4.* דור הולך ודור בא *ætas abiens & ætas veniens*. Ita *Job. XIV, 14.* Aben Esra Jobi הלוכה exponit de discessu, qvo ex hâc vitâ migrat. Si ad præsentem locum applicas, vides, iter improborum finiri

finiri tandem interitu, qvod expressiùs in vers. ultimo.

δ. LXX. habent ἐπορεύθη, qvod non minùs emphaticum. Insignis locus exstat *Act. IX, 31.* Αἱ ἐκκλησίαι εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπληθύνοντο. Hîc non negaverim, dari verum Hebraismum, ut πορεύεσθαι more Hebræorum sit *augmentum capere, progressum facere* Exemplum clarissimum habes *II. Reg. III, 1.* ubi Græca ex Hebræis ità habent: καὶ ὁ οἶκος Δαβὶδ ἐπορεύετο, καὶ ἐκραταιοῦτο. καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο, καὶ ἠσθένει. *Dom° Davidis progressum faciebat in accrescendo: Domus Saulis v. progressum faciebat in decrescendo.* Qvomodocunq; autem ly πορευόμεναι construas, emphasin habes. Si cum τῷ φόβῳ τοῦ θεοῦ, ut Beza, notat progressum in timore DEI: Si cum ἐπληθύνοντο, ut Dieu, significat, *euntes crescebant*, hoc est, magis magisq́; crescebant. Conf. *II. Paral. XVII, 12.* si cum οἰκοδομούμεναι, ut Schmidius, sensus est: *augmentum capiebant in ædificatione.* Sie wurden je länger/je mehr erbauet.

ε. Græca Scholia habent, περιεπάτησεν. Nec hoc verbum sine energiâ. Notat enim, *in circum ire*, donec pervenias ad centrum. Ambulatio ergò improborum, qvia est qs. in circulum, & vertiginem causat, & non qviescit, nisi in perfectionis suæ centro & summo improbitatis fastigio.

ζ. Frustrà verò est, qvod notat Johannes Mariana, verbo הלך indigetari peccatum, non internum, sed id, qvod in opus progreditur. עצה non dicit motum corporis, sed animæ; non pedum, sed intellectus: & de animâ qvoqve verbum *ambulandi* efferri suprà notatum lit. γ.

בעצת] I. Vox Hebræa infert proæresin & ejusmodi animi ad malè agendum destinationem, qvæ est cum deliberatione. Græcorum βουλὴ idem vult: hinc βούλομαι significat *velle*, verùm nō τυχόντως & ἁπλῶς, sed *deliberato consilio.* Eoq́; differt à θέλω vel ἐθέλω, qvod *velle* in genere significat, s. *deliberatò* s. *sine deliberatione:* undè τὸ θέλειν rebus inanimatis nonnunqvàm tribuitur, *Joh. III, 8. Act. II, 12.* βούλομαι verò ἐπὶ μόνου λογικοῦ λέγεται,

ut no-

ut notat Ammonius. Sic *Luc. XXII, 42.* Christus orat: Πάτερ, εἰ βέλεις παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. *Si æterno tuo decreto vis, si salvo æterno tuo decreto fieri potest.* Et qvia actus voluntatis seqvitur actum intellectus, per consequens βέλομαι notat *cupere, exoptare. I. Tim. VI, 9.* οἱ βελόμενοι πλουτεῖν. Die da gern reich seyn wollen. Sic apud Gregor. βέλομαί σοι πᾶν ἀγαθόν, *optimè Tibi cupio.*

II. Latini ad unum omnes adhibent vocem *Consilij.* Qvod Festus à *silendo* derivat, ut *Consilium* sit idem, qvod *cum silentio peragendum.* Nervus enim & vis ac qs. anima Consilii consistit in secreto: qvod anima latens est in corpore, hoc est secretum latens in Consilio. Hujus rei Symbolo Gentiles Palladem, qvæ est Dea Sapientiæ, dicebant inimicissimam esse cornici, qvæ loqvax & garrula. Ità Natalis Comes *l. V. Mythol. c. 4.* Qvin & Persarum Consiliarii, teste Ammiano *lib. XII.* silentium, velut Numen, colebant. Romani verò silentii Senatus Consulti violatores morte plectebant. Sapienter Q. Curtius *l. IV. de vit. Alexandri: Res,* inqvit, *magnæ ab eo sustineri non possunt, cui tacere grave est.*

III. Consilium autem definitur, qvod sit ratio rei agendæ vel non agendæ, ab aliqvo vel sibi vel aliis excogitata, qvæq; vel decisa jam est, vel adhuc pendens. Thomas Aqvinas describit, qvod sit inqvisitio eorum, qvæ pertinent ad finem πραχτῶν, h. e. rerum agendarum, à nobis non inventarum ac determinatarum, & in nostrâ potestate sitarum. Clarius ac universaliùs Dionysius Carthusianus ad h. Ps. *Consilium est actus prudentiæ, de viis ac mediis ad finem propositum necessariis deliberans.* Consilium ergò malorum erit excogitatio viæ, qvâ desiderata malitia ad effectum perducatur. Atqve sic duobus modis itur in Consilium malorum, vel aliis malum Consilium suppeditando; vel perverso aliorum Consilio consentiendo, s. acqviescendo.

IV. Græca Scholia habent: ἐν συνεδρίῳ. Qvi terminus & specialis est, & generalis. Specialiter concernit Δικαστήριον Judæorum. Notat Spanhemius ex antiqvioribus Hebræis, tres potissimum judiciorum Ordines apud Judæos viguisse, judicium infimum, medium, supremum. *Judicium infimum* erat Collegium

Trium-

Triumvirorum, qvi cognoscebant de rebus levioribus, v. g. injuriis, litibus, bonis mobilibus &c. Undè isti Tribunali obnoxia dicebantur דיני ממונות *causæ pecuniariæ*. Ejusmodi Tribunal constitutum erat in minoribꝰ oppidis, qvorum pauci erant incolæ, & numerus minor CXX. viris. *Judicium medium* erat *Viginti trium Virorum*, ad qvos pertinebant causæ graviores, nempè דיני נפשות *Judicia animarum*, h. e. causæ capitales, vitam vel hominis, vel bestiæ concernentes. Istiusmodi Tribunal erectum erat in singulis civitatibus Palæstinæ, & vocabatur סנהדרין קטנה *Synedrium minus*. In Hierosolymâ, tanqvàm capite gentis & sede imperii simul ac sacrorum, hujusmodi duo Tribunalia erant erecta, *inferius* unum, qvod sedebat in *portâ montis*; alterum *superius*, in *portâ Esdræ*, vel *ad portam atrij*. Ultimum & *supremum judicium* erat סנהדרין גדולה *Synedrium majus*, qvod tum unicum erat in totâ Gente, tùm nullibi præterqvàm in Hierosolymâ, & constabat judicum numero LXX. (vel, ut alii, LXXI. aut LXXII) Viris & ætate & authoritate & sapientiâ gravibus. Vid. ipsum Spanhemium *dub. Ev. CXXXIX. p. 800. 801.* Grotium ad *Matt. V, 22.* Generaliter apud Græcos vox Συνεδρίου notat tùm qvemvis, inprimis judicum, *consessum* (undè Æschines Συνέδριον appellat Areopagum) tùm *locum*, in qvem conveniunt Senatores, ut apud Herodian. Συνῆλθον οὖν οὐκ εἰς τὸ Σύνηθες Συνέδριον, ἀλλ' εἰς τοῦ Διὸς τοῦ καπετωλίου. Apud Polybium τὸ Συνεδρεύειν notat *consultare*. Hinc non malè ad עצה. In Synedriis malorum ambulant, qvi ejusdem cum iis sunt ordinis, vel illorum Collegæ.

א[ר]שעים Dixerim, רשעים ex vi vocabuli notare ἀτάκτους, s. *inordinatos*, qvod ἀτακτεῖν habet & τὸ εὐμετάπτωτον καὶ πλανώμενον τῆς γνώμης, ut Plutarchus loqvitur. Et qvi in ac sub DEO non est τεταγμένος, nunqvam sanctum otium capere potest, qvatiatur necesse est ac fluctuet. Hæc vis vocis stabilitur ex *Job. XI, 20.* ubi elegans est oppositio inter נכון לב *vers. 13.* eum qvi habet fixum, ac benè ordinatum animum, & רשעים inordinatos, omnem moventes ordinem, omnes conturbantes leges, divinas humanasq;.

ב Per conseqvens itaq; importat significatum *inqvietudinis*, & designat eos, qvi cupiditatibus, qs. æstibus agitati, nunqvam qviescunt, sed huc & illuc perpetuò discurrunt, ut seqvantur, qvod nunqvam asseqvuntur, aliqvid sc. in qvo conqviescant. Probant hanc significationem seqventia loca. *I. Sam. XIV, 47.* in qvo de Saule dicitur, qvod qvocunqve se ille verterit, omnia ירשיע *commoverit* & *turbaverit* De victoriâ sermo est, qvam de omnibus hostibus, qvos aggressus, retulit. *Job. III, 17.* רשעים in morte dicuntur esse sine commotione, *vel* qvod desinunt alios commovere & concutere; activè, *vel* qvod non amplius suis cupiditatibus ipsi perturbantur; passivè. AbenEsra ad *h. l.* רשעים המתנועעים, *qvi* perpetuis motibus cupiditatis, iræ, aliorumq; affectuum, *inqvietantur. Job. XXXIV, 29.* ירשיע opponitur ישקיט τῷ, qvod notat tranqvillitatem & pacem. *Ipse tranqvillat, & qvis inqvietabit? Eccl. VII, 17.* אל תרשע הרבה, *ne improbus esto nimium.* Appositè Mercerus: *ne nimium commoveare negotiis seculi, ne in illis irreqvieto animo cogitabundus vagare.* Eodem sensu AbenEsra: הרשעות הוא להתעסק בדברי העולם *improbitas hæc est, occupatum esse circà res hujus seculi.* Conf. *Esa. LVII, 20.* Svadet hanc significationem paronomasia transpositæ vocis רעש. Confirmat nexus cum verbo *ambulandi*, perpetuum animi motum designante. Adstipulantur Rabbini in suis Commentariis: David Kimchi ad *h. l.* ענין הרשע היא החרדה *Argumentum* s. significatio vocis רשע *est commotio.* AbenEsra: רשעים שאינם עומדים על מתכונת אחת *qvi non subsistunt super dispositione unâ.* Dieu notat ad *h. l.* in lingvâ Æthiopicâ רשע esse *oblivisci.* Hinc רשעים qs. שכחי אל *obliviscentes DEI:* qvâ denominatione sæpè veniunt impii, *Job. IIX, 13. Psal. IX, 18 L, 22.* Agnoscimus lingvam Æthiopicam ut ancillam, non ut Dominam.

ג Majoris momenti est, qvod notat Kimchius, & ex Kimchio Sippornus, רשעים dici חביבים לקונות ממון ותאות לבם בעולם הזה, *qvi anxiè student acqvirere Mammona, & qvorum cordis cura s. concupiscentia est in hoc seculo,* qvi toto vitæ tempore occupantur in

tur in coacervandis divitiis. Non alienus videtur ab hâc sententiâ Ecclesiastes *c. VIII, 8. Non eruet* רשע *improbitas* (inqvietudo) *possessorem suum* רשע fortassis idem qvod thesauri רשע *Prov. X, 2.* Μαμμωνᾶ ἀδικίας, vel ὁ ἄδικος μαμμωνᾶς *Luc. XVI, 9, 11.*

ר Subindè רשע est terminus forensis & opponitur צדיק, qvam oppositionem etiam in hujus Psalmi versu ultimo reperies. Conf *Gen. XVIII, 23. Mich. VI, 10.* Ità notat eum, qvem Lex condemnat, & Evangelium non absolvit. *Psal. CIX, 7.* Qvi nihil nisi opera sua habet, qvantacunqve illa sint, est רשע, & indiget justificari per gratiam Christi, in qvo habeat perfectum δικαίωμα τοῦ νόμου, tanqvam δώρημα ἐκ χάριτος. *Rom. V, 16. VIII, 4.* In hoc sensu appositè notat Coccejus ad *Job XXVII, 13.* רשעים in sacris literis non tantùm appellari eos, qvi mala palàm faciùt pugnantia contrà præceptorũ divinorum literam, atqve iccircò tanqvàm societatis humanæ & Civitatis turbatores plecti merentur; sed multò magis, qvi non subjiciunt se justitiæ DEI per obedientiam fidei, ut omnem suam justitiam abnegent, qvod docemur in Evangelio: maximè, si etiam doceant humanam justitiam qværere, non DEI, atqve ità legi justitiæ legem injustitiæ opponant vel apponant. Tales erant Pharisæi tempore Christi & Apostolorum. Tales etiam nunc vivunt in regno Anti-Christi.

ה Græcorum ἀσέβεια & Vulgati *impietas* in sensu nonnisi generali hîc admittitur. Propriè enim ac speciatim designat infidelitatem & numinis violationem. Unde Gregorius *XXV. Moral. c. 10. Impios*, inqvit, *S. Script. propriè infideles appellat. Hâc namqve distantiâ peccatores ab impiis discernuntur; qvia cùm omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator est impius. Peccator enim dici etiam, qvi in fide pius est, potest. Undè Johannes ait: Si dixerimus, qvia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Impius verò propriè dicitur, qvi à religionis pietate separatur. De talibus enim Propheta ait: Non resurgent impij in judicio.*

וברך] A. Hebræorum דרך & Græcorum ὁδὸς notat α *viam*, s. ipsum materiatum tractum, per qvem ambulamus. *Es. XLIX, 11. Matth. II, 12.* β *iter*, s. ipsum

proficiscendi actum *Gen. XLII, 25. Marc. II, 23.* γ. *Rationem s. Methodum agendi, vel tractandi vel asseqvendi aliqvid.* Sic *via DEI* dicitur ratio asseqvendi DEUM *Psal. LXXVII, 14.* & ὁδὸς δικαιοσύνης modus asseqvendi justitiam, vel, agendi secundùm justitiam. *II. Pet. II, 21.* Xenophon α Παιδ: Τίνα δὲ ὁδὸν ἰὼν τοῦτο πράττων ἱκανὸς ἔσομαι; *qvâ ratione potero hoc præstare?* δ. *institutum* doctrinæ, vel vitæ, vel qvarumcunqve actionum, in qvo qvis ut in viâ versatur. *I. Reg. XV, 26. Rom. III, 16.* Atqve sic *via peccatorum* erit tùm doctrina & vita; tùm ratio, qvam mali invenêrunt ad asseqvendum id, qvod omnibus viribus sectantur.

B. Si penitiùs introspicitur Metaphora, *Via* dicit α. conatus omnes & actus vitales, tàm humanos, qvàm divinos, qvibus vel DEUS, vel homo qs. foràs progreditur. Sic *Prov. VIII, 22.* increata Sapientia ita infit: *Dominus habebat me initio viæ suæ.* h. e. cum aggrederetur extrà se operibus prodire, jam tum genuerat me. Ubi קנין à דרך distingvendum, & ראשית pro בראשית agnoscendum. Via ergò peccatorum erit omne id s. dictum, s. factum, in qvo se habitus vitiosus prodit. β. Omnes actiones ad certum finem directas, ceu ad metam via initur. Job. XXXIV, 11. *Secundùm iter Viri facit ipsum, ut inveniat.* Actiones hominum enim in judicio DEI non tantùm spectantur in se, prout secundùm præceptum bonæ, vel contrà præceptum malæ videntur esse; sed etiàm pro ratione finis, ad qvem collimant. Nam & bona opera, nisi fiant fine bono, mala sunt. Qvò pertinet in Maximi *Centur. II. de Charit.* Sententia 37. ὅταν ἀκούσῃς τῆς γραφῆς λεγούσης, ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐ παρὰ τὸν ὀρθὸν σκοπὸν πραττόμενα εἰ καὶ δοκεῖ καλὰ εἶναι ὁ θεὸς καλὰ ἀποδίδωσιν. ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν ὀρθὸν δηλονότι. οὐ γὰρ εἰς τὰ γινόμενα, ἀλλ' εἰς τὸν σκοπὸν τῶν γινομένων ἡ κρίσις τοῦ θεοῦ ἐφορᾷ. h. e. *Cum audis Scripturam dicere.* Tu reddes unicuiqve secundùm opera sua: *non pro eis, qvæ præter rectum scopum fiunt, tametsi bona esse videantur, DEUM bona reddere* existima: *sed qvæ secundùm rectum Scopum fiunt scilicet. Non enim qvæ fiunt* potissimum, *sed Scopum eorum, qvæ fiunt, divina spectat dijudicatio.* Via g. peccatorum

torum sunt actiones, qvibus peccatores, vel assequuntur, vel assequi moliuntur qvod sibi vel ut utile, vel ut jucundum, vel ut honestum præfixum habent. γ Vivendi consvetudinem, eamq; ferè longam & inveteratam, viæ tritæ haud dissimilem *Gen. XXXI, 35. Thren. III, 40.*

חטאים] a. Hebræum חטא significationem habet aberrationis, qvâ qvis à scopo vel viâ deflectit, ἀστοχίας, ἀτυχίας *Pr. XVIII, 2. Jud. XX, 16.* Nec Græcum ἁμαρτάω, pro qvo in usu est ἁμαρτάνω, aliud qvid dicit, qvàm aberrationem, s. à viâ, s. à scopo destinato, ut Henricus Stephanus in Thes. Græc. Ling. notat, & exemplis multis demonstrat. In Latio verbum *peccandi* idem dicere, docet Cicero paradox. III. *Peccare*, inqvit, *est, tanqvàm transilire lineas: qvod cum feceris, culpa commissa est: qvàm longè progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi culpam nihil pertinet.* Obiter noto, pro verbo *transilire*, Lambinum in margine ex Codice veteri substituere, *transire:* ità etiam Nizolius ac Forum Romanum Cœlii legunt: & hanc lectionem verbum *transeundi* mox geminatum satis clarè comprobat.

β. Frustrà tamen sunt, qvi exhinc eliciunt, חטא propriè delictum, s. peccatum ex errore commissum designare. Frustrà est, qvod monet Kimchius, חטא puritiæ tribui, qvando cognitio hominis adhuc imperfecta est. Ultrà vigesimum autem annum, qvando peccat scienter & contumaciter, פשע dici. Certum qvidem est, חטא nonnunqvam dici *latè*, pro omni, etiam non voluntariâ exerratione, dùm ex infirmitate vel ignorantiâ qvid agimus, non secundùm intentionem ultimi finis. At certum qvoqve est, nonnunqvam sumi *strictiùs*, pro eâ exerratione, ad qvam accedit proæresis in respectu finis & malitia. Contra Kimchium notandum, חטא de omni ætate dici, & de omni peccato, etiam blasphemiâ in DEUM *Lev. XXIV, 15.* Differunt autem חטא & פשע ut genus & species. Omne פשע est חטא: qvod enim extrà viam est, deducit à scopo. Sed non omne חטא est פשע.

γ. Moraliter vox חטא notat pravitatem intentionis animi, qvando qvis non qværit DEUM, ut bonum suum, sed aliud qvid vis, qvod non est DEUS, aut non qværitur in DEO. *Eccles. VII, 26. VIII, 12.*

VIII, 12. simulq; connotat pravæ intentionis consequens, quod est unionis ac communionis divinæ carentia cum reatu vindictæ.

ϐ. Non negligendum est, quod notat Dieu ad *Jud.* XX, *16.* verbum חטא in lingvâ Æthiopicâ valere, *destitui, carere, non habere, non assequi* ut *Matth.* XVIII, *25.* μὴ ἔχοντος αὐτὸ ἀποδοῦναι, Æthiopicus vertit, ויחטאו ויפרי *cum non haberet, quod solveret.* Sic חטא esset defectus, carentia justitiæ legalis, atqve generali notione omnia omninò peccata, etiam originale, complecteretur.

ϵ. LXX. valdè inconstanter vertunt. Hoc loco per ἁμαρτωλὸς. alibi per ἀσεβὴς *Prov. I, 10.* sæpè per ἀνόμους *Es.* XXXIII, *14.* non prout ἄνομος dicitur is, qvi est *exlex*, carens lege, sicut gentiles vocantur ἄνομοι *I. Cor.* IX, *18.* qvia lex Mosaica illis non est lata. & *Rom. II, 12.* dicuntur ἁμαρτάνειν ἀνόμως, *illegaliter*, h. e. extrà legem, vel sine lege latâ. Sed prout ἄνομος dicitur is, qvi est *injustus*, contrà legem sibi latam agens *I. Tim. I, 9.* qvo sensu AntiChristus, ς. Papa Romanus κατ' ἐξοχὴν appellatur ἄνομος *II. Thess. II, 8.*

ζ. Peccatores hoc loco dicuntur perfrictæ frontis homines, qvos ipsum delectat peccare, etiamsi causa non sit: idcircò non *peccantes*, sed *peccatores* dicuntur, non חוטאים, sed חטאים, voce Hebraicâ, qvæ nomen Substantivum est, & obfirmatum peccati habitum, qvem qvis qs. in succum & Sangvinem, atqve adeò substantiam suam vertit, designat. Huc facit Græcorum ἁμαρτωλὸς, peccatorum qs. qvoddam mancipium notans, vel qvomodo Lyserus *c. LVII. harm. contin. ad Luc.* VII, *37.* describit ἁμαρτωλὸς, qvi 1. ex destinatâ malitiâ, sine metu & reverentiâ numinis, malè agunt; 2. qvi non exiguo aliqvo errato delinqvunt, sed in enormibus & atrocibus flagitiis vivunt. 3. qvi non semel in flagitium aliqvod prolapsi sunt, sed acqvisitâ ex crebrò repetitis flagitiosis actionibus ἕξει, qvasi certum vitæ suæ genus, exercent scelera manifesta, machen ein Handwerck drauß. 4. qvorum flagitia non sunt occulta, sed notoria, ut qvisqve honestus ab illis abhorreat. Huc facit Chaldæi חיבין, qvo notantur ii, qvi sunt ob malefacta ex condemnatione rei.

[עמרו

עמדו] Hebræum עמד propriè est, super pedibus consistere *II. Sam. XX, 11.* qvandoqve cessare à motu. *Jos. X, 13.* manere s. non moveri, qvocunqve tandem corporis situ ac positione. *Gen. XVIII, 22.* Abraham dicitur *stetisse coram Domino.* (Obiter noto; Qvosdam hæc verba referre inter תקון סופרים s. *correctiones Scribarum.* Prius enim scriptum fuisse dicunt; *& Dominus stabat.* Notat Gerhardus, in Masora textuali MSta sic haberi: *Necessarium est dicere vel legere: Et Dominus adhuc stabat coram Abrahamo.* Galatinus etiam ex R. Mose Hadarsan notat, scriptum anteà fuisse: *Et DEUS stabat adhuc coram Abrahamo.* Idq; probat ex Midras Thillim in Ps. XVIII. & R. Berachiâ. Sed contrarium demonstrat tùm *hujus cap.* versus ultimus; tùm *c. XIX, 27.* tùm Chaldæus, qvi sic: *Abraham stabat in Oratione coram Domino.*) Non nego, qvod Drusius notat, stantes orasse Viros sanctos; sed id dico, verbum עמד hîc non præcisè respicere situm Abrahami, sed moram & permanentiam in Oratione. Conf. *Lev. XIII, 37.* ubi *stare* dicitur *plaga lepræ*, i. e. non serpere. Nec aliter Græcum ἵστημι. Qvomodo enim conciliabis verba *Act. IX, 7.* ubi comites Pauli dicuntur stetisse attoniti, cum *Act. XXVI, 14.* ubi omnes dicuntur concidisse, nisi dixeris, τὸ ἑστηκέναι opponi τῷ πεσεῖσθαι, non τῷ καθεζεσθαι? *Constiterunt*, h. e. præ stupore non sunt progressi, immoti manserunt, qvacunqve tandem corporis positione. Per Metaphoram transfertur hoc Verbum ad omnes res, personasve in statu & conditione aliqvâ perseverantes *Eccles. II, 9. VIII, 3.* sicut etiam Latinis dicitur *stabile*, qvod perdurat.

Hoc loco non caret suâ emphasi. Nam α. dicit *moram* ac pertinaciam in malo. *Stat in viâ peccatorum*, qvem nullæ, vel adhortationes, vel minæ movent, ut deflectat. β. *Ministerium*. Stare aliàs est Ministrorum, qvi Dominis suis adstant, vel in privato, vel publico ministerio. *Deut. X, 8. Ezech. VIII, 11. Zach. III, 7.* Reverâ peccatorum est servilis conditio, qvi sibi, nescio, qvam non libertatem somniant. γ. *Prælium.* Standi Verbum est militare: Pugnaturi enim firmiter consistant oportet. Undè qvi id fecerant, olim donabantur torqve & monilibus, te-

ste *Vegetio l. II. c. 7.* & Vopisco in *Vita Probi.* Qvin & milites Romani Sacramento, h. e. juramento militari se adstringebant, nunqvàm se à Consulum obedientiâ recessuros, nunqvàm se locum deserturos, teste Alexandro ab Alex. *l. I. Genial. dier. c. 20.* Sic milites Catilinæ occubuêre in ipso vestigio, qvo consistebant, teste Sallustio. Húc forsan respexit Paulus *Eph VI, 14.* qvando militi Christiano injungit, ut *stet.* Vident ergò peccatores, qvid agant in viâ suâ? pugnant contrà seipsos, internè qvidem concupiscentiis animam vastantibus *I. Petr. II.* externè verò membris *Rom. VI.* δ' Δόξαν *fallacem.* Stare notat feliciter habere, s. bonâ conditione esse, qvæ non facilè moveri qveat. *Psal. XXX, 8.* Peccatores utut ruinæ proximi. *vers. 6.* Stare se existimant, & perpetuò in statu suo duraturos.

Chaldæus & Syrus adhibent verbum קם, qvod non solùm notat *surgere*, sed etiàm *stare*, & qvidem firmiter ac erecto corpore: Undè haud rarò respondet Hebræo נצב.

ובמושב] Variant Interpretes, aliis de *loco*, aliis de *instrumento* sessionis explicantibus. Hebræum מושב utrumqve significat, & *consessum* & *sedile*; hîc, ut existimo, locum, h. e. metonymicè consessum, qvi in unum locum fit. Favet Chaldæus, qvi interpretatus est בסיעת, in cætu. סיעא enim cætum notat, eorum maximè, qvos & societas & consensus unit. Hinc apud Thalmudicos hâc voce Collegæ veniunt. Gittin *fol. 76, 2.* הורה ולא הודו לו כל סיעתו *docuit, sed non assenserunt ei omnes Collegæ ejus.* h. e. non iverunt in ipsius sententiam.

Aliàs מושב & *Cathedra* instructionis est. Sic *Matt.* XXIII, 2. Scribæ & Pharisæi dicuntur *sedere* ἐπὶ Μωσέως καθέδρας. Lapidensis vult, successionem innui in dignitate & autoritate docendi ac jubendi. Sed seqventia docent, per Cathedram Mosis intelligi doctrinam, qvam Moses tradidit. Sedent in cathedrâ Mosis, qvi legunt Mosen ac Prophetas, & ad Mosis mentem interpretantur. Docentes enim sedisse satis notum est. Vult qvidem Cornelius à Lapide, scribas non sedendo tantùm, sed & stando docuisse, idq; colligit ex *Luc. IV, 16.* ubi de Christo dicitur, qvod

ἀνέστη

ἀνέστη ἀναγνῶναι, *surrexerit ut legeret*. & *Act.* XIII, 16. ubi idem de Paulo dicitur. Sed qvoad *primum*, dico, Magistros stantes legisse ipsa legis verba; sedentes autem interpretatos. Evincit hoc versus 17. ubi Christus in Synagogâ dicitur traditum sibi librum aperuisse, legisse deindè pericopam, qvâ lectâ, clausum librum ministro tradidisse & sedisse. Qvod *alterum* concernit locum, concedimus, stantes proloqvi solitos, si qvibus ex plebe potestas loqvendi fiebat, ut rectiùs ab omni cætu audirentur: at Archisynagogi aut alii publico Magistri munere fungentes in cathedrâ sedentes legem interpretabantur. Idem posteà honor Episcopis in Ecclesiâ Christi delatus est. In Constitutionibus Clementis Episcopo dicitur: ὅτως ἐν ἐκκλησίᾳ καθίζῃς τὸν λόγον μιέμενος. Optatus Milevitanus lib. V. *Electi estis, qvi sedentes populum docentis.* Vides ergò qvid sit *Cathedra derisorum*.

לצים] Hebræum לוץ *interpretari* significat, vel in bonam, vel in malam partem; & si in malam, *illudere*, cavillari alterius verba aut facta. Qvia verò Interpretes tersè & eleganter loqvi student, idcircò notat, *concinnare sermonem*, ac per consequens, *exornare*, *palliare*. Adeoq; לצים dicuntur, qvi & sua malefacta ornato sermone palliant, & piorum rectè facta scopticè cavillantur, qvi eorum vitam dicteriis suis perfricare satagunt, imò etiam interpretari, qvâ intentione hoc vel illud ab iis factum, idq; non sine sermonis venustate. Sic Job amicos suos non-amicos nominat Rhetores suos *c.* XVI, *20. O Rhetores mei*, h. e. O vos Socii mei, qvi in me rhetoricamini, qvi conqvisitis, selectis & affectatis in me verbis utimini, qvi me affectatâ eloqventiâ, ac Rhetoricâ & artificiosâ ad id comparatâ oratione insectamini. Nec per לצים simplices tantùm hîc intellige scurras, qvi lepidis qvandoqve sannis exhilarant socios, sed profanos, qvi res omnes divinas irrident, qvæcunqve dicuntur de irâ DEI, judiciovè extremo, pro ludibrio, fabulis ac merâ stultitiâ habent, etiam ad risum excitandum verbis factisve religiosis abutuntur. Hinc לצון notat securum omnium divinorum humanorumq; contemtum. *Prov.* XXIX, *8. Esa.* XXIIX, 14, 15.

LXX. pessimum hoc hominum genus variis Nominibus hinc indè insigniunt. *Prov. III, 34.* nominantur ὑπερήφανοι, *superbi*, qvi arroganti elatoq; animo עניים s. humiles Christi sectatores fastuosè despiciunt, deludunt, ac nil nisi dura cum superbiâ & contemtu adversus eos loqvuntur (reden steiff / stolz und höhnisch / ut Lutherus) ὑπερήφανος dicitur per epenthesin τῆς η Prosæ Scriptoribus æqvè ac Poëtis familiarem, pro ὑπέρφανος, qvi veluti Sol suâ luce alios obtenebrat. *Prov. I, 22.* vocantur ἄφρονες, & in Hebræo conjunguntur פתאים ac לצים. Verè ἄφρονες sunt & *infantes* homines carnales. Nolunt enim à vitâ suâ carnali avelli, donec per tribulationes DEUS eam ipsis faciat exosam, sicut infantes nolunt abripi à matris uberibus, donec mater ubera oblinat absinthio, ut acorem sapientes, ea fastidiant. Nolunt sapere, qvæ Spiritûs sunt, sed qvæ carnis, donec gustato Spiritu desipiat illis caro; sicut infantes amant nuces suas & crepundia, eaq; præponunt nummis aureis & argenteis, qvia illas comedere possunt, sentiuntq; svaves, nummos verò gustare neqveunt. Amant ea, qvæ noxam corpori & animæ, tùm præsentem, tùm æternam creant; sicut infantes sæpè cupiunt sibi noxia, modò dulcia, v. g. mel, saccarum, poma, qvæ in eruditates ac vermes vertuntur, dolores & morbos conciliant. Nolunt se subjicere disciplinæ legis divinæ, sed vivere ad libitum; sicut infantes oderunt Scholas, ne cogantur mentem disciplinæ, oculos libris, manum ferulæ subjicere. Ἄφρονες hi, & verè ἄφρονες. *Prov. IX, 7. 8.* dicuntur κακοὶ, h. e. *ad omnia vitiorum genera proclives, & omni vitiorum genere contaminati.* Nam κακία propriè notat, non actum aliqvem vitiosum, sed ipsum habitum, ipsam vitiositatem. Cicero IV. Tusc. *Vitiositatem malo*, inqvit, *qvàm malitiam appellare eam, qvam Græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cujusdam vitij nomen est. Vitiositas omnium.* Et l. III. de finibus: *Qvas Græci κακίας appellant, vitia malo, qvàm malitias appellare.* Conf. *Act. VIII, 22. Jacob. I, 21.* Id autem ad *citat. Prov. loc* noto, jungi in eo לץ cum רשע, & opponi לץ חכם, adeoq; non de ni-

de nihilo esse, qvod LXX. subindè verterunt ἄφρων, subindè κακὸς. Insuper in *cit. l.* specificatur qvædam illusionis materia, nempè castigatio piorum. *Corripiens derisorem accipit sibi ignominiam*, tùm qvia se suaq; risui ac ludibrio exponit; tùm, qvia imprudentiæ notam sibi accersit, qvod sine fructu, imò cum damno derisorem corripiat; tùm, qvia derisori occasio est gravioris delicti, dum peccatum suum tueri satagit, seq; in eo obfirmat, & monenti detrahit; tùm, qvia irritat derisorem, ut reddat talionem, eadem sc. vel similia vitia in ipsum retorqvendo, & petulanti lingvâ probra reciprocando, ut ità sua tegat, vel propugnet. *Prov. XV, 12.* nominantur ἀπαίδευτοι, *indisciplinati*, qvi disciplinam omnem omninò aversantur, monita omnia irrident & cachinno exsibilant. *Prov. XX, 1.* vocantur ἀκόλαστοι. לץ היין LXX. ἀκόλαστον οἶνος. *Derisor vinum.* Subjectum est היין, *vinum*, non prout vel in dolio aut utre conclusum, vel in usu suo genuino spectatum, sed prout homini abutenti inservire cogitur, nisi per vinum cum Drusio velis intelligere καταμεθύοντας, *vino deditos.* Ita Vatablus; *Subsannator est, qvi vino deditus est.* Prædicatum est לץ, qvi effectus vino in abusu suo spectato, vel potius vino abutenti tribuitur. Non satisfacit Hebræo Tigurina, qvæ vertit: *Ludicra res est vinum*, qvia facit homines ludicros & ridiculos: dum enim copiam Spirituum largitur, causat effusam lætitiam, qvæ solvitur in risus, ludos, jocos. Non exhaurit vim Hebræi לץ. Id enim vult, vinum homini immoderatiùs infusum paulatim expellere debitam DEO hominibusq; reverentiam, ejusq; loco scurrilem, licentiosam ac efferatam inducere petulantiam, ex contemtu deridentem omnia, inq; jocos aut nugas convertentem maximè seria, imò pro lusu habentem facinora turpia ac detestanda, nec non DEI comminationes ac supplicia, Magistratûs leges, piorum hortationes &c. Ly ἀκόλαστον LXX. Virorum satis amplum est, omne vitiorum genus in se continens. Dicit enim & petulantem, & libidinosum, & protervum, & prodigum, & intemperantem, & indomitum, & improbum, & qvid non? Audi Gellium l. XIX. c. 2. *Qvæ nimia*, inqvit, *ex gustu atqve tactu*

est voluptas, ea, sicut viri sapientes censuerunt, omnium rerum fœdissima est, eosq; maximè qvi duabus istis belluinis voluptatibus sese dediderunt, gravissimi vitij vocabulis Græci appellant ἀκολάστους, *vel* ἀκρατεῖς, *nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperantes.* Hoc loco & alibi LXX. usi sunt vocabulo λοιμὸς, qvod notat *pestem*, & per Meton. hominem pestilentissimum, sicut scelus pro scelesto ponitur. Abstractum pro concreto, לחזק הענין, in notam superlativi. In N. Test. qq. hæc appellatio usitata est *Act. XXIV, 5.* Nec Latio insolita. Cicero Famil. X. 28. *Tuoq; beneficio vivit adhuc hæc pestis.* Atherbal apud Salustium de Carthaginensibus: *Postqvam illa pestis ex Africâ ejecta est.* Apulejus de Accusatoribus suis: *Ad istas pestes oratio convertenda est.* Vocantur autem pestes istiusmodi homines, qvia sunt pestilentissimi ac summè noxii, suo malitiæ contagio multos inficientes, & proindè ut pestes fidelibus vitandi, ac ab eorum cœtu velut membra putida resecandi.

Aqvila *h. l.* vertit χλευαστῶν. Χλευάζειν est *contumeliosè irridere, cavillari*, höhnisch außlachen *Act. II, 13. XVII, 32.* Χλευασία & χλεύη est ὕβρις διὰ γέλωτος γενομένη inqvit Camerarius. Adeoq; non multum differt à καταγελάω, qvod in simili sensu reperies. *Matth. IX, 24.*

ישבו] Sedere propriè est semi-inclinato corpore captare qvietem. Hoc loco Metaphoricum & singulariter emphaticum, notat (1) ejusmodi agendi *habitum*, in qvo derisores ità perseverant, ut eum nunqvàm mutare cogitent, sicut qvi fixam sedem alicubi statuunt. ישב enim significat, *habitavit, mansit. Lev. VIII, 35. Prov. III, 29.* LXX. παροικοῦντα. Luth. Der auff Trewe bey dir wohnet. *Psal. XCIV, 23.* de Detractore maledicentiis adsveto dicitur: *Sedens adversus fratrem tuum loqvebaris*, non stans qvasi obiter & in transitu; sed sedens, qs. ex professo, ex usu, ex habitu. Ita qq. καθίζω in N. T. *Luc. XXIV, 49. Act. XIIX, 11.* Sedent ergò derisores tanqvàm assveti & affixi suis vitiis. (2) *Mæstitiam* vitiorum comitem. Sedere enim dicuntur afflicti & mœrentes, sicut gestire læti. *Psal. CXXXVII, 1. Jer. XV, 17. Tren. II, 10.* Hinc Vespasianus devictâ Judæâ cudi fecit nummum, in qvo Judæa qs. mulier pingebatur sedens, & incumbens palmæ.

palmæ. Palma enim est insigne Judææ, qvia ejus est ferax. (3) *Otium;* Sedent, qvi inertes & pigri. Undè Acedia in Emblematibus Cæsaris à Ripa *p. 8.* pingitur, qs. vetula turpis, malè vestita, sedens, capite incumbens manui sinistræ, innixæ genibus, ex qvâ dependet charta, cum hoc lemmate: *Torpet iners;* dextrâ gestans Torpedinem piscem. In hoc sensu reperies *Gen.* XXXIIX, *21. Deut.* XXI. *13. Ezech* XXXVIII, *11.* Sic Donatus *sedentem Turnum* apud Virgil *l. IX. Æneid. v. 4.* exponit, corpore & animo planè otiosum. Ità Claudianus: *An patiar tot probra sedens?* Terentius: *An sedere domi oportuit Virginem tàm grandem?* (4) *Securitatem* & qvietem. *Psal* CXIII, *9. Mich. V, 3.* Sedent ergò, qvi non solum peccant, sed etiam adeò securè in peccatis persistunt, ut nihil inde metuant mali. (5) *Instructionem.* Sedere enim docentibus tribuitur. *Matth.* XXV, *55. Act.* XXII, *3.* Hebræi qq Scholam vel Academiam ישיבה appellant. Mos enim Synagogæ erat, ut sederent ὑποκάτω coràm Doctoribus, sed ad pedes ipsorum: hi qvippè in cathedris, cæteri in solo. Sedent ergò qvi alios docent & verbis & factis contemtum divinorum humanorumqꝫ. (6) *Præsidium, Principatum,* ac *Judicium.* Apud Hebræos simplicia sæpè obtinere significationem compositorum, plusqvàm notum est, ut *Sedere* sit *Residere, Præsidere.* Conf. *Psal.* XXIX, *10.* Nec infreqvens est, judicibus sessionem tribui. *Exod.* XIIX, *13. Matt.* XXVII, *19.* Græcum καθίζω qvoqve sic usurpatum invenies *I. Cor. VI, 4.* Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. Beza per κριτήρια βιωτικὰ fora ac curias ordinarias intellectas vult, & τὸ καθίζετε per *modum Sarcasmi* accipiendum arbitratur, qs. innuat Apostolus, Corinthiorum controversias adeò leves esse, ut vel à vilissimo componi possint. Calvinus, Lapidensis, Estius, Calixtus, per κριτήρια ipsas causas & lites dijudicandas intelligunt, ut & ex Syro ac Arabe Dieu, & τὸ καθίζετε *comparativè* accipiunt, hoc sensu: Si injuriam ferre non vultis, sed causam vestram agi, potius qvàm apud infideles cum fratre vestro disceptetis, vilissimos in Ecclesiâ judices statuite. Ambrosius, qvem

qvem seqvitur Lutherus, per ὃν ἐξαθενημένος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ intelligit Ethnicos (das sind die Heyden/ die man nicht lässet mit den Christen zu Christlichen Sachen/ als Sacrament &c.) & hoc καθίζειν accipit *indicativè*. Hæc expositio verosimillima videtur. Reprehensionem enim in verbis Pauli- nis esse, non præceptum, patet ex versu seqvente, ὡς ἐντολὴν (non ἐντολὴ) ὑμῖν λέγω. Ita ergò καθίζειν est constituere judicem, & h. l. qvidem ἀλλοπαθὲς est, s. μεταβατικὸν, transitivum, *sedere-facio, colloco*, Conf *Eph. I, 20.* In Psalmo verò est αὐτοπαθὲς s. neutrale, *sedeo.*

Versus II.

Hebræus: כי־אם בתורת יי חפצו ובתורתו יהגה יומם ולילה׃

Chaldæus: אלהן בנימוסת דיי רעותיה ובאוריתיה מרנן יומם ולילי׃

Syrus: אלא בנמוסת דמריא צבינה ובנמוסת נתהגי יממא וללי׃

LXX. ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ τοῦ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός.

Junius: Sed (Arias; *Qvinimò.*) cujus oblectatio est (Vulg. Münst. *Voluntas ejus*) in lege Jehohæ (Vulg. *Domini*) & qvi de lege illius meditatur (Vulg. Münst. *Et in lege ejus meditabitur.* Castalio; *cogitans*) interdiu ac noctu (Vulg. *die ac nocte.*)

Lutherus: Sondern hat Lust zum Gesetz des HERREN (*Biblia antiqviora & Dietenbergius*; Hat seinen Willen &c.) und redet von seinem Gesetz Tag und Nacht (*Bibl. cit.* Dencket he. *MSta, Piscator*; Betrachtet.)

Belgica:

Belgica: Maer ſyn Luſt is in des HEEREN Wet/ende hy overdenckt ſyne Wet (*Editio antiqvior Harlemenſis*: Een ſpreckt van der Wet) Dagh ende Nacht.

EXEGESIS.

כי אם] Nexus cum verſu præced. docet in ſubjecto beatificando reqviri non ſolùm odium mali, ſed & ſtudium boni. Conf. *Pſ. XXXIV, 15. Rom. XII.*

כי־אם R. D. Kimchi in libr. Radicum exponit כי באמת, *qvia in veritate*, ſ. *verè*. Non malè Arias; *Qvinimò*, ut ſit aſſertivum contrarii; *Imò verò*, ja vielmehr. Nec Græcorum ἀλλὰ ſemper eſt adverſativum, ſed & confirmativum. *Rom. VI, 5. Si enim complantati ſumus ſimilitudini mortis*, ἀλλὰ καὶ τῇ ἀναστάσεως ἐσόμεθα, *utiqve & reſurrectionis erimus*. Qvamobrem & pro אבן LXX. dixerunt ἀλλὰ *Job. XXXII, 8.*

Johannes Baptiſta Folengius notat antitheſin, qvâ conſiliis impiorum opponitur voluntas in lege Domini: viæ, fructus, h. e. Opera in DEO facta: Cathedræ, folia, ſ. verba doctrinaq; fidei.

בתורת] תורה deſcendit à rad. ירה, *projecit*, vel ſagittam, (qvod eſt *jaculari*,) vel guttulas, (qvod eſt *pluere*) vel doctrinam, vel, qvod doctrina faciat ad ſcopum collimare, ne ἁμαρτάνωμεν; vel qvod inſtar pluviæ ſvaviter, ſenſim ac guttatim inſtilletur cordibus & mentibus diſcipulorum, easq; ſapientiâ irriget, lætificet ac fœcundet. *Deut. XXXII, 2.* In genere verò *Torah* notat ordinationem aut conſtitutionem de re qvâcunqve, *v. g.* de leproſo *Lev. XIV, 2.* In ſpecie Pentateuchum. *Joſ. VIII, 31.* etiàm apud hodiernos Judæos. Nonnunqvam ut & *h. l.* per Synecdochen partis pro toto ſupponit pro univerſo verbo DEI *Eſ. II, 3.* ubi per Exegeſin additur: *Et Verbum Domini de Jeruſalem.* Sicut liber aliqvis, qvo continentur leges qvædam, vel qvi cum aliis, in qvibus leges continentur, conjunctus eſt, ſolet appellari *Lex*.

Chaldæus duo adhibet vocabula; נימוסא qvod eſt corruptum ex Græco νόμος, & *legem, ritum, inſtitutum* dicit. Et אוריא, qvod notat *illuminationem*, legis potius effectum, qvam naturam exprimens. Eſſe legem luci affinem, imò verò qvandam & ipſam

lucem, & similitudine vocis & authoritate Salomonis constat; Prov. VI, 23. *Mandatum est lucerna, & lex lux:* qvam vocis similitudinem in Hebræâ qq. Lingvâ observamus, in qvâ Lux אור dicitur, lex verò תורה.

יהוה] De nomine יהוה integri libri scripti sunt, nec opus est, ut hîc comportemus, qvæ ab aliis sunt expensa. Pauca tamen delibabimus.

Multi multa subtiliter. Ut qvod hoc Nomen includat omnes temporis differentias, qvia Jod Schevatum est nota *futuri*, respondens τὸ ἐσόμενος Johannis Theologi *Apoc. I.* Vau Cholemmatum est Characteristicum participii, adeoq; *præsentis* temporis, referens τὸ ὤν. He Cametsatum notat *præteritum*, exprimens τὸ ἦν. Huc facit, qvod ex ipso hoc Nomine SS. Trinitatem qvidam probare nituntur. Dicunt; in hoc nomine tantùm tres esse literas distinctas יהו, qvæ totidem personas in Trinitate denotent: literam autem secundam ה denotare secundam personam, & duplicari ad indicandam duplicem naturam Christi. Huc referunt qvidam, qvod in antiqvis paraphrasibus Chaldaicis MStis Judæorum nomen hoc scribitur per tria Jod cum subscripto ־, hoc pacto, ־ָי, & nonnunqvàm circulo inclusa; tria Jod putant denotare tres personas, tria æqvalia Jod, tres personas æqvales; unicum Kamets tribus illis subscriptum, Essentiam unicam tribus personis communem.

Pronuntiationis litem nostram non facimus. Legendum esse per vicarium Nomen ADONAI, volunt Clarissimi Viri, Drusius & Buxtorfius, his moti rationibus, 1. qvia hoc Nomen non habet proprias, sed alienas vocales, nominis nempè אדני. Unaqvæq; autem vox pronuntiari debet cum suis vocalibus. 2. Qvia antiqvissimi Bibliorum Interpretes, LXX. Aqvila, Symmachus, Theodotion, Paraphrastæ Chaldæi, Onckelos & Jonathan, Interpretes Syri, Arabes, Persæ, Æthiopes; Evangelistæ qvoqve & Apostoli; Patres item hujus lingvæ periti, Origenes, Hieronymus &c. nomen יהוה per ADONAI legerunt 3. qvia epitheta illa, qvæ Patres Græci huic nomini tribuerunt, v. g. ἀνεκφώνητον, ἄῤῥητον, ἄφραστον, ἄλεκτον, ἄφθεγκτον, ἀπόῤῥητον, καὶ ῥηθῆναι μὴ δυνάμενον, non

non id volunt, qvod per se & suâ naturâ tale sit, sed qvod propriis suis vocalibus exprimi amplius non possit, sed alienis, & per consequens etiam alterius nominis consonantibus efferatur. 4. qvia pronunciatio JHOVAH recentissima est, patrem habens, ut omnes volunt, Galatinum, qvi superiori tantum seculo floruit: qvem tamen ipsum eâ nunqvam usum esse volunt, præterqvàm uno in loco, ubi dicat, ità legi posse, non debere. Contrarium sentit & fusè probat non minùs Clariss. Nicol. Fullerus *Miscell. sacr. libr. II. c. 6. libr. IV. c. 13.* qvi etiam in *appendice libri sexti*, postremum editi, Joanni Drusio ex professo respondet. Modestissimum hâc in re judicium fert Doctiss. Rivetus comment. in Psal. CX. *Qvia totæ res apud Judæos in superstitionem abiit, qvi pro peccato morte æternâ digno habent, si qvis hoc nomen pronunciare ausit: non possum eorum improbare factum, qvi ubicunqve illud reperiunt, pronuntiant cum suppositis punctis, etsi alienis. Nec existimo Joan. Drusium, Virum aliàs Doctissimum, debuisse propterea tantas excitare tragedias, in viros de Ecclesiâ optimè meritos. Detur enim, hæc non esse vocalia puncta istius nominis, qvid jam nostra refert, dummodò de nominis significatione constet? Qvin ego sum in eâ sententiâ, apud nos præstare, ut pronuntietur, qvomodo scribi solet; alioqvin cum pronunciamus* ADONAI *ejus loco, non semper auditores discernunt, an sit nomen tetragrammaton, qvod nomen expedit nosse, ubi occurrit.*

Hebræi Nomen hoc vocant שם העצם, vel שם ההויה *Nomen Substantiæ*, vel *Essentiæ*, κατ' ἐξοχὴν. Derivatur enim à rad. היה vel הוה, *esse, existere*. Undè יהוה dicit ipsum esse DEI, qvaqvavorsum immensum & infinitum, putà pelagus essentiæ, à qvo omne esse, sicut radius à Sole procedit; vel essentiæ qvendam Oceanum, primumqꝫ; principium, à qvo res omnes velut é fonte suum esse mendicant & hauriunt. In Specie notat 1. essentiam ex & per se subsistentem, perfectissimam, simplicissimam & æternam. 2. essentiam omnia essentiantem, qvæ omnia creet, augeat, conservet. 3 eum qvi est veracissimus & constans in suis promissis, complementum & qs. esse reale ipsis conferens. Qvæ postrema significatio ipsum DEUM authorem habet *Exod VI, 3.* ubi dicit, *Apparui patribus in nomine* שדי, *& in nomine* יהוה *non*

sum eis notus factus. Ad qvem locum R.Schlomoh: נראתי אל האבות באל שדי והבטחתים הבטחות ובכלן אמרתי להם אני אל שדי ושמי יי לא נודעתי להם: אין כתוב לא הודעתי אלא לא נודעתי לו לא נכרתי להם במדת אמיתות שלי שעליה נקרא שמי יהוה באמן שהרי הבטחתום ולא וגו׳ Sensus est; non tàm de Nomine, qvàm de re ipsâ per Nomen significatâ, complemento sc. promissionis factæ intelligenda verba DEI ad Mosen.

Frustrà sunt, qvi nomen יהוה ἀνεκφώνητον, ἄφρατον &c. à Veteribus dictum volunt, qvia pronunciari nec possit, nec debeat. Scribitur utiqve, cur ergò non legeretur? ad qvod igitur sonantes cum consonis? Omnis Scriptura est propter lecturam. Nec ullibi in Scripturis ejus pronunciatio est interdicta. Si opponas *Apoc. XIX, 12.* resp. id intelligendum comparatè, respectu habito ad patefactionem divinam. Si addas *Lev. XX, 11.* resp. non simplicè hîc prohiberi nominis pronuntiationem, multò minùs eam, qvæ cum reverentiâ juncta, sed eam, qvæ cum blasphemiâ juncta est. נקב enim propriè significat perforare *Job. XL, 19. 21.* & per Metaph. blasphemare, *q. d.* verbis maledicis transfigere *Prov.* XI, *26.* Hinc Targum Hierosol. וחרף *probris affecit, convitiis prosidit.* Targum Onceli & Jonathanis ופריש *argutè, distinctè protulit*, non sine indignatione & blasphemiâ. *Lev.* XXIV, *11. 16.* ἀνεκφώνητον a. vocatur à Veteribus, vel qvod aliis lingvis vix ac ne vix qvidem efferri possit, ut vult Fullerus *l. II. Misc. c. 6.* vel potius non ratione soni, sed rei significatæ, qvæ sufficienter nullo Nomine exprimi potest; vel deniqve, qvod non sit temerè, sed cum reverentiâ & in rebus seriis usurpandum. Ita qvoqve contigisse videtur apud Judæos, cum Nomen hoc gloriosum ex qvotidiano usu non tantùm vilesceret, sed nimis leviter ac profanè usurparetur, ut tandem lege qvâdam ejus prolatio extrà usum sacrum ac necessarium prohiberetur, & personis duntaxat sacris reservaretur. Mox verò ut fieri solet, aliqva accessit superstitio, cujus reliqvias multas adhuc cernere licet apud Judæos, veluti, qvod hujus Nominis consonantes, extrà Biblicum

cum contextum, non scribunt, sed alias substituunt, יְרָךְ, aut duo יי &c. qvod non delent, non frangunt, si vasi vel alii instrumento sit insculptum, & penè adorant &c.

Nec minus falluntur inter Judæos, qvi per hoc Nomen miracula fieri posse, imò olim Mosen & Christum edidisse, fingunt. Qvantitatis nullam esse efficaciam vel Tyrones norunt, nec peculiarem literis, characteribus, numerisve inesse vim jamdiu in Scholis etiam saniorum Judæorum probatum. Videatur R. Moses Ægyptius in More Nevochim *part. I. c. 61.* De Mose scribit Author *Epist. ad Hebræos*, qvod *per fidem* fecerit, qvæcunqve fecit, per fidem, inqvam, non in Nomen יהוה, ejusq; literas, vel prolatas, vel baculo suo inscriptas; sed in DEUM ipsum. Christus fecit miracula, non per Nomen יי prolatum, sed per rem hoc Nomine significatam, h. e. per naturam suam divinam, ut verus & essentialis DEUS.

Id certius est, Nomen יהוה *absolutè, & in casu recto, citrà omnem compositionem & alienationem* positum, uni ac soli DEO competere. Probat id ipsius DEI asseveratio *Esa.* XLII, 8. אני יהוה הוא שמי וכבודי לאחר לא אתן ותהלתי וגו׳ *Ego sum Ille* ESSENTIATOR, *qvi essentiam meam habeo à me ipso, rebusq; omnibus essentiam largior, & in hoc consistit meum* שם, meine Hoheit &c. Svadet id nativa vocis originatio, ejusq; genuina significatio. Illa enim Essendi ratio, qvæ voce היה indigetatur, πρώτως καὶ ὑπερεξόχως in DEUM qvadrat, utpotè qvi & ipse est αὐτόσιος, essentia independens, æterna & immutabilis; & fons πάσης οὐσίας. Adstipulantur Rabbini, qvi nomen προσηγορίαν vocant המיוחד s. *proprium*. Aben Esra nomen Appellativum in in his tribus differre censet à proprio 1. qvod nomen appellativum יוצא בלשון רבים *admittat plurale*; proprium non item 2. qvod nomen appellativum מביאר בהא הרעיון *declaretur per præfixum* ה *notificativum*; proprium non item 3. qvod nomen appellativum יסמך *ponatur in regimine*; proprium non item. Additur 4. qvod nomen appellativum *recipiat affixa pronomina*;

proprium non item. Qvadrat id ad Nomen יהוה. Non admittit illud affixa, qvia essentia divina nullorum accidentium capax. Non assumit He Hajediah ab initio; Non declinatur, nec flectitur ex numero singulari in pluralem; Non admittit formam constructam. Sicubi legis, יהוה צבאות, vel noli regimen concedere, vel dic, esse positum elliptice, pro יהוה אלהי צבאות sicut *Es. III, 15.* אלהים צבאות pro אלהים אלהי צבאות Der GOtt / der ein GOtt der Heerschaaren ist. Si ergò J. H. V. H. Nomen proprium, uni tantùm convenit.

LXX. & Interpres Latinus Nomen יהוה non sunt interpretati, s. qvod non judicarint, se posse assequi propriam nominis significationem, s. aliâ qvâdam ratione ducti. Nominis enim vim non tàm exprimunt, qvàm ejus loco substituunt vocem κυρίου & *Domini.* Addo, qvæ hanc in rem habet Füllerus libr. II. Miscell. c. 6. *Septuaginta Interpretes, sanctissimi doctissimiq; Viri, glorioſum Nomen DEI* יהוה *ubiqve ferè* κύριον, *quandoqve* θεὸν, *transferre solent. Non qvòd, aut vim vocis ignorârint (id præstanti eorum eruditioni repugnaret) aut superstitione qvâdam obligati id fecerint. (id summæ eorum pietati adversaretur) Sed* 1. *ut ad intellectum communem, cui maximè Scripturam S. destinatam sciebant, sese accommodarent. Nam* θεόν *per se meram contemplari non est cujusvis: attributis autem suis vestitam promtum satis & expeditum. Cunctorum porrò attributorum essentiæ divinæ, nullum notius, aut ad pietatem, inchoandam præsertim, aptius, qvàm* DOMINUS. *Ac verissimè qvidem per consequens Jehovah redditur Dominus. Nam qvi Jehova est, videl. cujus essentia est à seipso, omnibusq; dat & conservat hoc ipsum, qvod sunt, is procul dubio est absolutè propriè q; Dominus.* 2. *Qvod subtilem & exactam Nominis interpretationem prorsùs difficillimam, penè dixeram, impossibilem ferè viderent.* &c.

חפצו] Hebræum חפץ significat, modò *delectationem* ex re aliqva vel præterita, vel præsente perceptam. *Eccles.* XII, *v. 10.* modò *oblectationis materiam*, s. rem qvæ voluptatem affert. *Pr. III, 15.* וכל חפציך *& omnia oblectamenta tua*, vel ut AbenEsra; כל רבר שתחפוץ *Qvicqvid desiderare potes* Luth. Alles/ was du wünschen magst.

Conf.

Conf. *Esa. LVIII, 13.* modò *conatum* vel *propositum* circà aliqvid adhuc futurum *Esa. LIII, 10. Eccles. VIII, 6.* modò *rem* ipsam jam exsecutioni datam *Eccles. V, 8.* qvem significatum R. Salomo vult esse Thalmudicum. Nec in freqvens est apud Syros, צבותא *voluntatem* pro *re* ac *negotio* poni, ut notat Cl. Dieu.

Hoc loco חפץ suam habet emphasin, eamq; variam. (1) dicit *motum animi voluntarium*, s. spontaneum. Vult legem DEI, qvem nil nisi voluntas amoris divini igne inflammata movet, ut scrutetur & custodiat legem. Apositè Mariana: *Non dixit manus, sed voluntas, ut, qvod facimus, non metu, qvi officij bonus Magister non est, sed sponte faciamus. Qvod volumus, id sine difficultate præstamus, in eoq; diu perstamus: contrà, si inviti.* (2) Intimum *amoris complexum.* Sic I. *Sam.* XIX, 1. de Jonathane Saulis filio dicitur, חפץ כרור מאד *medullitus Davidem dilexit.* Luth. Er hatte David sehr lieb. Hinc usurpatur de amore, qvo DEUS deperit Ecclesiam suam, חפצי בה appellatam. *Es.* LXII, 4. (3) *Voluptatem* ex amore resultantem. Huc facit locus *Job.* XL, 12. ubi de Behemoth dicitur, qvod יחפץ *caudam suam.* Cauda notat genitalia. Est σεμνότης s. Euphemismus. יחפץ Aben Esra, יעמיד, *sistit, firmat.* LXX. ἔστησεν, qvod vertunt, *erexit.* Targum, citante R. Mose Gerundensi, habet כפיף *incurvat, reflectit*, non כפין ut vulgò in nostris Exemplaribus scribitur. Drusius, *cupidè vel celeriter movet*, ut sit יחפץ pro יחפז, Tsade pro Zain, qvæ literæ affinitatem habent. Hieronymus; *stringit.* Münsterus; *cum vult* (arrigit,) *caudam suam.* Mercerus; *summo desiderio agitat*, & qvocunqve vult impellit caudam suam, etsi cedrum æqvet. Præ omnibus placet Coccejus, sic vertens: *Libidinatur caudam instar cedri*, h. e. præ libidine erigit & libidinando facit similem cedro. Libido ergò vel voluptas ex titillatione orta indicatur verbo חפץ. Hinc ad rem Junius; h. l. *& delectatio ejus.* Tantum abest, vult Psaltes dicere, ut legis studium tædii aliqvid aut laboris afferat justo, ut etiam sit illi in deliciis. Huc facit Chaldæi רעותא, qvod notat *acqviescentiam* in re aliqvâ ex sensu delectationis s. jucunditatis ortam, à רעה, qvod per commutationem ע in ע respondet

ſpondet Hebræo רצה. Græcorum θέλω qvoqve qvandoq; ſignificat *delectari*, tàm re *Matth.* IX, *13.* qvàm perſonâ *Matth.* XXVII, *43.* II. *Cor.* XII, *20.* (4) *Deſiderium* ex voluptate perceptâ creſcens. Ità אבני חפץ *lapides deſiderij*, i. e. ſummè deſiderabiles, inſignes. *Eſa. LIV, 12.* Nec θέλω aliter *II. Cor.* XI, *12. I. Tim. V, 1. Hebr.* XII, *17. Apoc.* XXII, *17.* (5) *Studium* ex deſiderio ortum. Vid. ſuprà. Græcorum qq. θέλω eſt *ſtudere*, nach etwas trachten. *Matth.* XVI, *25. Luc.* XXIII, *20.* ubi de Pilato dicitur, θέλων ἀπολῦσαι τὸν ἰησοῦν, qvod *omni conatu ſtuduerit* dimittere JESUM. Conf. *Col. II, 18.*

LXX. hîc per θέλημα exprimunt, per θέλησιν alibi *Ezech.* XVIII, *23.* Utrumqve eſt *voluntas*, hoc tamen diſcrimine, ut ἡ θέλησις ſit ipſa volendi actio *Hebr. II. 4.* τὸ θέλημα verò res volita, ſ. idipſum, qvod qvis vult. *Matth. VI, 10. Luc.* XI, *2.* Vis vocis Hebrææ accuratiùs exprimitur Græcorum εὐδοκία.

ובתורתו] Pſaltes eandem dictionem ingeminat, idq; non ſine emphaſi, ut admoneat, legem juſto eſſe qvàm commendatiſſimam. Etiam Ezra & Kimchi h. l. obſervant, non ſine elegantiâ dici, in lege ejus, pro in eâ, repetito antecedente pro relativo.

Ad mentem Raſchi vertendum eſſet, *& in lege ſuâ.* Ex qvo enim aliqvis legis divinæ ſtudio ſe totum applicat, illam ſuam facit, tumq; lex Domini incipit illius dici.

יהגה] Noto I. uſitatum eſſe Hebræis, ut per futurum ſignificent rei naturam, morem, conſvetudinem, perdurationem *Job. I, 5.* Erit ergò יהגה *meditabitur* pro הגה vel היה הגה *meditari ſolet.* Vel verte per præteritum; *meditatus eſt*, qvia præceſſit præteritum, juxtà Hebræorum legem: Præterito præcedente ſeqventia futura per illud exponenda. Contra; præeunte futuro præterita ſeqventia per illud reddenda.

II. R. Joſeph Kimchi vult הגה non ſignificare loqvi per clamorem, ſed per גמגום ſ. *obmurmurationem*, qvâ qvis ex gutture ſonum edit, inarticulatâ aut non ſatis diſtinctâ voce. Raſchi & D. Kimchi propriè ſignificare exiſtimant locutionem oralem, Metaphoricè verò meditationem, qvæ ſit qvædam qſ. cordis locutio.

Mercerus

Mercerus notat verbum hoc constructum cum בְּ ut h. l signare motum animi ad aliqvid, qvando animus seriò est intentus in rem aliqvam: cum בְּ verò motum ê loco, qvo aliqvid profertur *Es. LIX, 13.* Propriè esse idem, qvod Latinis mussare vel mussitare, qvoqvo modo id fiat, s. corde, s. ore. Esse qq. ubi specialiter gemitum significet. Hoc loco utrumq; dicit α. διαλογισμὸν mentalem, qvo sensu freqventissimum est in Scripturâ β. λόγον oralem, sicuti occurrit Job. XXVII, 4. *nec lingva mea* יֶהְגֶּה *meditabitur*, i. e. loqvitur *mendacium.* Ita *Psal. XC, 9.* ubi vitæ nostræ brevitas comparatur לְהֶגֶה i. e. vel *Sermoni*, qvi dum est, tenuis solùm halitus est, moxq; in auras evanescit & in nihilũ abit; vel *halitui*, citrà qvem sermo non profertur: hinc Paraphrastes Chaldæus: *sicut halitum oris hyemalem.* Reqvirit ergò Psaltes, ut & mediteris, & qvæ per scrutinium Scripturæ in tuum qs. succum ac Sangvinem convertisti, in gloriam Patris cœlestis aliis proponas. Chaldæum מרנן non minùs utrumqve notat. Significat enim tùm hilari liberoq; Spiritu *meditari*; tùm animi concepta præ lætitiâ *decantare*. Græcorum μελετᾶν significat, magno studio & solertiâ alicui rei esse intentum, estq; animi cum delectatione accuratissimè cogitantis & meditantis.

III. Pleriqve Latinorum Interpretum non adeò ineptè; *meditatur.* Meditatio autem est attenta & sæpiùs iterata cogitatio apta producendis affectionibus vel bonis, vel malis. Hoc loco à fine & objecto bono æstimatur bona. Non ergò meditatur legem divinam, qvi simpliciter cogitando circà eam occupatur, ut acqvirat scientiam, sed qvi cogitando intendit, ut ergà legem hanc afficiatur. Hinc conjunguntur הגה & חפץ, ut istiusmodi insinuetur meditatio, qvæ amoris est & voluntatis. Sanè, qvi simplici cogitatione occupantur in lege DEI, plures reperias. Verum enimverò pauci sunt, qvi seriò se applicant ad meditandum, ut cor suum accendant igne cœlestis amoris. Genuinos meditationum Studiosos rectè comparaveris apibus. Apis vernali tempore pergit huc & illuc volitando super flores; & hoc non fortuitò, sed ex instituto, non ad recreandum

dum se solo variorum florum visu, sed ad investigandum & colligendum mel: Talis est anima devota in meditatione; pergit ex uno mysterio in aliud, non tumultuariè, neqve solùm ad relaxandum animum visu admirabilis pulcritudinis divinorum objectorum, sed ex proposito & causâ inveniendorum motivorum amoris divini. Meditatio purè speculativa nonnisi propter seipsam qværitur, & in hâc plus facit subtilitas intellectus, qvàm fervor affectus. Cum autem meditatio non qværitur propter seipsam, sed ex amore objecti sui, ut meditans accendatur in amorem legis, qvam meditatur, tunc non est purè theoretica, siqvidem plus operatur affectus, qvàm intellectus. Si meditatio amoris est jejuna, nec alterius rei qvàm scientiæ gratiâ qværitur, sicca est & frigida, nec ullum possessori suo infundit gustum vel saporem. Svavitas non consistit in contemplando, sed in amando. Si vis svaviter meditari, interpone voluntatis vires, sursum eas erigendo, ut nanciscaris contemplationis tuæ fructum.

וְחֵן in nexu hoc dicit *delectationem*. Meditatio ergò affert qvendam dulcedinis cœlestis sensum. Contingit sæpiùs, ut DEUS, qvando meditamur, imperceptibilitèr in intimo cordis nostri recessu spargat qvandam svavitatem, qvæ perhibet testimonium eum adesse: & tunc facultates animæ secreto qs. qvodam consensu vertunt se ad intimam illius partem, in qvâ amabilitas DEI sentitur. Si colloces frustulum magnetis inter plures acus, mox omnes eorum cuspides vertent sese ad eam partem in qvâ est magnes, ut ei uniantur: ità qvando Dominus sentiri facit in medio animæ nostræ svaviſſimam suam præsentiam, omnes nostræ potentiæ sua acumina in eam vertunt partem, ut se jungant incomparabili ejus dulcedini.

וְחֵן qvandam dicit in re jucundâ *acqviescentiam*. Meditatio ergò vi nexus svavem affert in DEO, legis Authore, qvietem. Advertimus infantes magno ardore affigi uberibus maternis, qvando aliqvâ urgentur fame. Videntur mussitantes ità avidè ore premere ubera materna, ut etiam genitricibus infligant dolorem. Sed postqvàm frigiditas lactis aliqvo modo ledavit calorem eorum, & grati vapores, qvi immis-

ämmittuntur in cerebrum, iis somnum conciliant, sensim ocellos claudunt, & cedunt paulatim somno, non deserto nihilominus ubere, circà qvod nullam exercent actionem, nisi perqvàm lentum & qs. insensibilem motum labiorum, per qvem semper in os trahunt lac, & imperceptibiliter deglutiunt. Non aliter cõtingit animæ devotæ. Hæc in sinu cœlestis Patris sopitis terrenis cupiditatibꝰ sancto otio dormit, omnia etiam necessaria fastidit, soliusq; Sponsi dulcedine qvantò qvietiùs, tantò sereniùs hilarescit.

IV. Nec malè Lutherus, qvando transfert; Errabat. Loqvitur devota anima DEO per orationẽ. Meditatio n. & oratio veluti germano qvodam nexu inter se colligatæ, mutuas sibi altera alteri operas præbent. Meditatio scrutatur DEI legem; Oratio gratiam petit, qvâ impleat legem. Meditatio indicat viam; Oratio Spiritum impetrat & vires, qvibus possis ingredi viam. Illa illuminat & erudit intellectum; hæc incendit & inflammat affectum. Illa facit hominem fastidire terrena; hæc cum DEO versans facit amare celestia. Illa Theologum; hæc Theophilum facit. Nec verò præcisè verbalis reqviritur, sed mentalis sufficit meditanti Oratio. הגה dicitur de columbis. *Esa. XXXVIII, 14.* Columbæ inter omnes aves suas mussationes s. gemitus clauso rostro faciunt, volventes voces suas in gutture & pectore, re tamen nullâ foràs prodeunte, nisi parvo qvodam murmure ac strepitu, s. raucâ resonantiâ: & hic qvidem exiguus strepitus servit iis pariter ad dolores & amores suos exprimendos. Devota anima DEO loqvitur non solâ lingvâ, sed cogitationibus, suspiriis, oculis, & externâ corporis constitutione, imò ipsummet silentium ei loco est verborum.

V. Insuper meditatio legis non tantùm complectitur verbi divini cognitionem theoreticam, sed & practicam, qvâ ea, qvæ ex verbo cognovimus à nobis reqviri, facimus. Optimæ sunt meditationes, qvæ ad actiones particulares, imò singulares descendunt *v.g.* dum qvis meditatur de patientiâ, ut meditatio meditanti sit fructuosa, in eâ concipiat firmetq; propositum fortiter patiendi, non in genere duntaxat, sed hîc & nunc, dicendo: Meum morbum, meos socios molestos,

scommata in me jaci solita & hodiè jacienda amore DEI generosè & hilariter sustinebo, ut conformem me Christo in cruce eadem & plura patienti. Istiusmodi meditatio inprimit voluntati studium similium operum; intellectum verò aperit & illuminat. Huc spectat, ut justi semper præ oculis habeant ceu vivam legem, sanctorum vitam sibi imitandam.

יומם ולילה] Ambrosius exponit de utroqve fortunæ statu & prospero & adverso: *die*, h. e. in lætis, & *nocte*, h. e. in rebus adversis.

Si ad tempus refers, non intelligenda est perpetuatio meditationum numerica, sed specifica, ejusmodi, qvâ justus de tramite pietatis in vitiorum anfractus nunqvam exorbitat, sed perpetuo tenore virtutem colit. Augustinus in explic. Psal. XXXIV. *Qvomodo DEUM omni tempore, totoq; die laudare possumus? Suggero remedium; Qvicqvid agis, bonum age, & laudasti Dominum.* Hilarius enarrat. in Psal. I. *Meditatio legis non solum in verbis legentis est, sed & in operis religione. Per hoc efficitur ut sine intermissione oremus, cum per opera DEO placita & in gloriam ejus exercita nos DEO commendamus; & sic secundùm legem nocte dieq; vivendo, vita ipsa nocturna legis erit & diurna meditatio.*

Mariana: *Die ac nocte*, i. e *identidem.* Ut semper comedere oportet, h. e. statutis temporibus; sic ad meditandum designata vir justus per diem ac noctem debet habere tempora. Dionysius Carthusianus geminam affert interpretationem α semper dicitur aliqvid facere, qvi id opportuno tempore nunqvàm negligit, β. semper dicitur meditari, non qvi actũ ipsum exercet, sed qvi secundùm actum illũ operatur & vivit. Elegantèr hanc in rem Joh. Baptista Folengius: *Si amanti illi Terentiano usqve eò insanire licuit, ut suæ Thaidi diceret: fac dies noctesq; me ames, me desideres, me somnies, me exspectes, de me cogites, me speres, me te oblectes, mecum tota sis, meus fac sis postremò animus, qvando ego sum tuus. Si sic inqvam insano amanti licitum fuit tàm ardentes amoris notas in amicam exprimere, qvid à nobis tepidioris ignis putamus exigi ab ipso legis authore? Consumit ac macerat ignis divinus affectus omnes, desideria q; irrequieta in anima illa, qvam sibi per amorem conjungi voluit, ut nihil aliud cupiat, nihil amet, nihil expetat, nihil sentiat præter illum, in cujus penè naturam transit.*

Simpli-

Simplicissimè dicitur, esse loqvendi modum hyperbolicum i. excessivum, qvo vult innuere Psaltes, *assiduè*, *freqventer* & *perseveranter* esse meditandum. Assiduè meditandum est, ut ipse meditandi labor tantò sit facilior. Cithara, qvæ assiduè artificis manu pulsatur, minimo negotio ad hoc ipsum paratur; qvæ verò diu siluit, vix longo spatio ad hoc ipsum instruitur. Sic qvi assiduè meditatur, facilè puram mentem in DEUM levat; qvi verò hoc diu distulit, variis terrenarum rerum, (qvibus assvevit) imaginibus infestatur, & ab internâ qviete avocatur. Itaqve cum in celum mentem attollere nititur, in ipso conatu à terrenis curis ac cogitationibus ad terram trahitur.

Vel, si specialiora mavis i. meditaris semper, qvando semper benè agis. Actio bona meditatio est, sed operosa ac practica. 2. Meditaris semper, qvando statas meditandi vices religiosè observas. 3. Meditaris semper, qvando meditando perseveras, tametsi gustum illum non assequaris, qvem intendis. 4. Meditaris semper, qvando semper meditari desideras. Continuum desiderium tuum, continua meditatio tua est. 5. Meditaris semper, qvandò assiduâ memoriâ DEUM colis. Sanctis etiam ipse somnus meditatio qvædam est. 6. Meditaris semper, qvando omnibus horis, etiam occupatissimus, semel iteramq; mentem suspirantem in celum elevas.

Nec qvod de *nocte* dicit Psaltes, negligendum est. Sicut enim nec mundi amatores, ità nec DEI cultores totas indormiunt noctes. Davidis Exemplum notum est ex *Ps. CXIX.* Nocte anima est purior, levior, subtilior, magis sublimis & agilis. Ipsæ tenebræ ad compunctionem inducere possunt. Nox meditationibus aptior: in eâ enim qviescentibus collectisve sensibus phantasia vivacius concipit & intuetur suum objectum. Anima devota etiam dormiens vigilat. *Cant. V, 2* cum ità per diem sanctis meditationibus, affectibus & amoribus se impler, ut noctu de eisdem somniet, imò dormiēs eosdem iteret. Qvæ enim vigilantes studiosè cogitamus, de iis dormientes somniamus. Recurrunt in somnis diurnarum cogitationum imagines, sicut ex citharæ pulsu resultat resonantia tinnientium fidium, qvæ auditur cessante pulsu. Un-

dè Claudianus de Rapt. Proserp. l. III. canit:

Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno
Pectore sopito reddit amica quies.

Hinc *Deut. VI, 7.* jubemur mandata DEI meditari *in cubando*, h.e. qvando cubitum concedimus, & noctu evigilamus. Qvâ de re audi Bernhardum l. de vit. solit. *Iturus ad somnum semper aliqvid tecum defer in memoriâ vel cogitatione, in qvo placidè obdormias, quod nonnunqvam etiam somniare juvet, qvod etiam evigilantem te excipiens in statum hesternæ intentionis restituat. Sic tibi Nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio tua erit in deliciis tuis. Placidè obdormies, in pace qvieses, facilè evigilabis, & surgens agilis eris ad redeundum in id, undè non totus discessisti.* De homine Ethnico Seneca libr. III. de irâ: *Sextius consummato die, cum se ad nocturnam qvietem recepisset, interrogabat animum suum. Qvod hodiè malum sanâsti? cui vitio obstitisti? qvâ parte melior es?* Qvid pulcrius hâc consvetudine excutiendi totum diem? qvàm altus, qvàm tranqvillus & liber somnus ejusmodi recognitionem sui insequetur? Si hæc Ethnicus, multò magis homo Christianus cubitum iturus redire debet ad cor suum, & juxtà legem seipsum subtiliter discutere, considerando undè veniat, qvò tendat, qvantum qvotidiè pro- vel deficiat, qvibus cogitationibus incusetur, qvibus affectibus tangatur, qvibus tentationum machinis à maligno Spiritu acrius impugnetur. Sic tandem totum interioris & exterioris hominis statum plenè cognoscet, non solùm qvalis secundùm legem sit, sed etiam, qvalis esse debeat.

Ambrosius ad h. l. *Aqvila diem tantummodò posuit, non etiam noctem, qvod non tàm à cæteris discrepans, qvàm alio referens posuit, qvoniam, qvi in lege meditatur, semper in luce est, & noctem non habet.*

Versus III.

Hebræus: והוה כעץ שתול על פלגי מים אשר פריו יתן
בעתו ועלהו לא יבול וכל אשר יעשה יצליח׃

Chaldæus: ויהי כאילן חיו רנציב על טופי מוי די אנביר
מבשר בעדניה ואסרפוי לא נתרין וכל לכלבוי
דמלבלב מגרגר ומצלח׃

Syrus:

Syrus: בחוא איך אילנא דנציב על טפא דמיא: ופארוחי
יהב בזבנה: וטרפוחי לא נתרין: וכל דעבד משלם:

LXX. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται.

Junius: Est enim (Vulg. Münst. *Et erit.* Vatablus, Tigurina; *Erit hic.* Castalio; *hic similis*) sicut arbor (Vulg. Arias; *lignum*) plantata ad (Vulg. Pagninus; *secùs.* Münsterus; *juxtà.* Arias; *super*) rivos aqvarum (Vulg. *deursus.* Castalio in sing. *aqvæ rivum*) qvæ fructum suum edit (Vulg. Münst. Arias, Pagninus; *dabit*) in tempore suo, & cujus folium (Vulg. Münst. Pagn. Arias; *folium ejus*) non decidit (Pagnin. Arias in fut. *non decidet.* Vulg. *non defluet.* Münst *non marcescet*) Ideò (Vulg. Münst. Castalio; *Et*) qvicqvid faciet (Vulg. *omnia qvæcunqve faciet.* Münst. *omne qvod faciet*) prosperabitur (Vulg. *prosperabuntur.* Münst. *prosperè faciet.* Pagn. & Arias; *prosperare faciet.* Castalio; *omnia facit prosperè.*)

Lutherus: Der iſt (*Verſio ante Lutherum edita:* Un he ſcal ſin. *Piſcator:* Dann Er wird ſeyn. *Dietenberg.* Der wird ſeyn) wie ein Baum (*Verſio antiqvior:* alſe dat Holt) gepflantzet an den Waſſerbächen (*Verſio antiqvior:* by den henlopenden Watern) der ſeine Frucht bringet (*Verſ. cit.* gifft) zu ſeiner Zeit. Und ſeine Blätter verwelcken nicht (*Biblia MSta* Und ſein Laub zerfleuſt nit. *Verſio cit.* Un ſin Blat ſcal nicht affleten. *Piſcator:* Und deſſen Blätter nicht abfallen. *Dietenberg.* Seine Blätter werden nicht abreiſſen) und/ was Er machet/das geräht wol (*MSta* werdet gelucksahm. *Verſio cit.* Un alle Dinge/de he deit/de werden ghelücklich. *Piſcator:* Summa/in allem/ das Er thun wird/wird Er Glück haben. *Dietenberg.* Und was Er ſchafft/ wird ihm glücklichen gelingen.)

Belgica: Want hy ſal zyn (*Editio antiqvior:* Die iß) alß een Boom/ geplant an Water-Beken/ die ſyne Drucht geeffe in

ſyner

ſyner Tyt (*antiqvior*; tot zyn der Tyt) ende welckes Bladt niet af en valt/ (*antiqvior*; verwelcken niit) ende al wat hy deit/ ſal wel gelücken (*antiqvior*; En wat hie maekt/ dat gelückt wel.)

EXEGESIS.

Connaturale nobis eſt, ut ex ſimilitudine rerum ſenſibilium in ſpiritualium rerum notitiam perducamur. R. AbenEſra ad *h.l.* ita: לפי רעתי כי טעם פריו הנשמה החכמה שתהיה מלאה תורת יי להכיר בוראה ומעשיו העומדים לנצח והדבק בעולמה העליון בהפרדה מעל גויתה כמו הפרי המבושר באילן ויפרד ממנו ואין צורך לו כי בעבור הפרי היה העץ ועלהו לא יבול זכרו הטוב כדרך זכר צדיק לברכה וכל אשר יעשה יצליח הון ובנים וכבוד: Senſus eſt, per *fructum* arboris intelligi animam hominis juſti, cognitione DEI plenam, eamq; ſicut fructus maturi ex arbore decerpuntur, ſic à corpore ſeparari & veluti decerpi ad *mundum ſuperiorem*, h. e. vitam æternam: illud verò qvod de *foliis* non defluentibus dicitur, intelligi de felici juſtorum recordatione, qvæ nunqvam intercidat, juxtà illud Prov. X, 7. *Memoria juſti in benedictionem.* Hoc deniq; *omnia qvæcunq; faciet* &c. de divitiis, liberis & gloriâ eſſe accipiendum. Ab hâc ſententiâ non procul abeſt illa, qvam Muiſius refert ſe legiſſe in MSto qvodam Hebræo anonymo ità fere: Sunt, qvi explicent *fructum ſuum*, animam, qvæ revertitur ad DEUM, cum plenam perfectionem eſt adepta: Illa enim tunc ſe habet inſtar fructus, qvi poſtqvàm maturitatem aſſecutus eſt, non eget ampliùs arbore, ſed ab eâ avellitur. *Et folium ejus.* Folium non aliud ſignificat, qvàm corpus. *Non decidet*, ſc. perpetuùm. Sed poſteà renaſcetur. Reſurrectionem mortuorum ſubindicat. Hactenus de Muis. Etſi hæ interpretationes non ſint omninò reſpuendæ, coactæ tamen ſunt & contextui difformes.

Nos qvæ de *Arbore* dicuntur, ad hominem juſtum, ceu Pſalmi hujus Subjectum, applicamus. Columella *libr. III. c. 10.* oſtendit hominem per analogiam rectè comparari arbori. Huc facit tritum illud Philoſophi: *Qvid eſt homo?*

homo? est arbor inversa, qvia pedes qs. ramos deorsùm, caput verò & cerebrum qs. radicem sursùm mittit; à cœlo qvi originem duxit, celo unitus celesti influxui vacare debet. Homo similis est arbori *tùm* proceritate: *tùm* rectitudine: *tùm* cortice & comâ; qvod enim in arbore cortex, hoc in homine est pellis; qvod in arbore coma, hoc in homine crines: *tùm* ramis, homo enim expansis brachiis est qs. arbor expansis ramis: *tùm* vitâ & venis. Sicut enim arbor vivit alitur̃q; succo per fibras in omnes partes dispertito; sic homo vivit, alitur̃q; cibo, chylo & sangvine per venas in totum corpus distributis: *tùm* accremento. Sicut arbor ê parva frutice sensim crescit in altum; sic homo crescit occulto velut arbor ævo &c. *Radix* Viri justi est *fides* innixa DEO. Sicut Radix virtute dicitur esse tota arbor; sic fides omnis justitia. In fide omnis justitia latet. Ex fide omnis justitia prodit. Sicut radix arborem, & columna domum; sic fides sustinet totum Christianismi ædificium. Sicut ex radice totius arboris vita; sic per fidem unimur DEO, vi cujus unionis dicimur vivi & opera nostra viva. Sicut ex radice arboris; sic ex fide pendet tota hominis justi spiritualis fertilitas & felicitas. *Radix in plantis similis est ori in animalibus*, inqvit Aristoteles *libr. II. de Anim.* qvia sicut hæc ore sumunt cibum, ità plantæ per radicem sugunt succum ad alimentum: per fidem attrahimus gratiæ divinæ succum, qvo velut rore irrigamur & fœcundamur. *Aqva*, ad qvam radicem suam posuit Vir justus, est *Gratia divina*. (non ex- sed inclusis mediis, per qvæ ista Gratia agit, Verbo & Sacramentis) Huic enim appositissimè aqvæ nomen convenit, *tùm* qvia animarum inqvinamenta abluit; *tùm*, qvia concupiscentiæ æstum & impuræ carnis ardores temperat, ne immodicâ vi suâ interiora nostra depascant ac populentur; *tùm* qvia noxiam mundi sitim exstingvit. Nam cui DEUS incipit dulcescere, ei mundus incipit amarescere; *tùm*, qvia animam nostram celesti imbre irrorat, atqve fœcundat; Si enim celestis gratiæ influxum ab anima tollas, nullum Spiritûs fructum feret, sicut terra omni aqvæ humore destituta, ad germinandum prorsùs inepta est. *Folia* Viri justi sunt *verba sancta*, gratiæ & decoris plena, qvæ

justum ornant, ut folia arborem; qvibus justus innocentiam suam tuetur, ceu folia arborem ab æstu & frigore protegunt; qvæ apud justum justo tempore nunqvam deficiunt, sicut continua est successio foliorum, ut aliis decidentibus, alia succrescant; qvæ id præstant, qvod promittunt, sicut sub arborum foliis germen enascitur. *Fructus* Viri justi sunt *opera bona*, qvæ nec metu pœnæ, nec lucri qvæstu operatur, sed ex Spiritu spontaneo, sicut arbor fructus suos protrudit: ex qvibus noscitur, ceu ex fructibus arbor: qvibus tandem ex gratiâ DEI & hîc & æternùm fruitur.

והיה] Syrus affixum ו ut παρέλκον habet, & planè negligit. Batavi cum Junio pro causali habent. *Nam*, Want. Agnoscunt tamen in notis, nullam hîc esse verborum præcedentium probationem, sed nudam saltim descriptionem. Vulgatus & Münsterus exprimunt per copulativum *Et*. Vatablus, Castalio, Lutherus, Dietenbergius substituunt relativum *hic*, qvod descriptioni vel declarationi qvàm maximè inservire videtur.

Movet hæc Interpretum variatio, ut de variâ particulæ ו significatione aliqvid dicamus. Cumulantur sensus à Grammaticis. Nos qvosdam delibabimus: Datur præter connexivum ו adversativum *Sed Es. LVII, 13.* sicut & καὶ Græcorum *Matth. XII, 26. 39. Act. X, 28.* & Latinorum *Et*. Cicero 1. officior. *Non nobis solùm nati sumus, ortusq3* (i. e. sed ortus) *partem patria vendicat, partem parentes, partem amici.* Datur ו comparativo-ὑπερβολικὸν Hebræis dictum והשואה ו *Vav adæqvationis, Sic. Prov. X, 25. Eccles. V, 6 Ità* καὶ *1. Joh. II, 18.* Occurrit ו exegeticum, pro *id est. Hos. II, 15. Zach. IX, 9.* & καὶ *Joh. X, 33.* Reperias ו epanorthoticum, loco *tamen. Eccles. IX, 15.* καὶ *II. Thess. III, 15. II. Tim. II, 13.* in negativis valet, *nihilominus Es. V, 4.* sic *Joh. III, 12.* ἐὰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν καὶ οὐ πιστεύετε h. e. καὶ ὅμως, vel ἐπὶ τούτῳ ἐμοῦ. Conf. *Joh. IX, 30.* Est ubi legas ו παρέλκον, simpliciter retributivum. *Gen. XXII, 6.* ביום השלישי וישא אברהם *die tertio elevavit Abraham oculos suos.* I. Reg. XII, 17. ובני ישראל היושבים בערי יהודה וימלוך עליהם רחבעם *Filios Israel qvod attinet, qvi habitabant in urbibus Judæ, regnavit super eos*

eos Rechabeam. Conf. *Gen. III, 5. Job. XXIII, 12.* Sic καὶ *Jacob. IV, 15.* ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο ubi καὶ ante ποιήσομεν παρέλκει, & solummodò notat, membrum illud esse retributivum prioris, qvod apud Belgas facit particula ſoo. Utut ab aliis vocetur pleonasticum, s. superfluum, non tamen est sine energiâ. Sic *Act. I, 10.* in verbis καὶ ἰδοὺ pleonasmus videtur esse τοῦ καὶ, non tamen planè otiosus, cùm eo subita & insperata res significetur. Subindè est ו ampliativum, exaggerationi inserviens, pro גם vel אף *Dan. IX, 27. Amos III, 11.* sic καὶ apud Græcos *Ap. II, 13.* Datur qvoqve ו relativum, pro אשר *Prov. XV, 16. 17.* sicut καὶ pro ὅς. *Act. VI, 6.* οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν Ἀποστόλων καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Qvæ verba rectè sic transferes: *Qvos statuerunt in conspectu Apostolorum. Qvi, cum orassent, imposuerunt eis manus.* Sic ut τὸ καὶ ante προσευξάμενοι non tam ad idem subjectum respiciat, ἔστησαν, καὶ προσευξάμενοι ἐπέθηκαν, qvàm ad diversum. Nam τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, ἔστησαν (syntheticè) hos septem ἐνώπιον τῶν Ἀποστόλων: & tùm, non τὸ πλῆθος τῶν Μαθητῶν, sed οἱ Ἀπόστολοι προσευξάμενοι ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας. Conf *Luc. XV, 15.* Occurrit nonnunqvam ו ætiologicum pro *Nam.* Gen. XLII, 7. ubi nisi תו attribuas vim αἰτιολογικὴν, nulla erit cohærentia *versus 7.* cum *6. & 5. Vers. 5.* dixerat Jacob ad Josephum: *Ecce duo filij, Ephraim & Manasse, hi duo mei sunt* &c. vers. *6. & reliqvi, qvos generabis post hos, tui erunt.* vers. *7. Et ego, cùm venirem ex Mesopotamiâ, moriebatur mihi Rachel* &c. Qvid Rachelis mors ad filiationem Ephraim & Mnasseh? si תו ו in ואני explices causaliter, hic erit sensus: Qvum Rachel præter spem tàm citò naturæ debitum exsolverit in terrâ Chananæâ, & propterea cum eâ non potuerim diutiùs familiam propagare, ideò, ut numerus duodenarius compleatur, Ephraim & Mnasseh tuos per generationem filios meos facio per adoptionem. Sic *Esa. LXIV, 4.* הן אתה קצפת ונחטא *Ecce tu irâ efferbuisti, & (qvia) peccavimus,* h. e. על רחבנא, ut Targum; vel אחר שחטאנו, *qvia deliqvimus.* Nec aliter καὶ apud Græcos. *Luc. I,*

42. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας Ϛυ. Ex mente Elisabethæ vertitur: *Benedicta tu inter mulieres, qvia benedictus* &c. Theophylactꝰ qq. *h. l.* καὶ pro γὰρ putat positum, qvia μόνος εὐλογημένος ὁ θεὸς. Conf. *Joh. IX, 30. Hebr. III, 10.* Nec in Latio inauditus est hic copulativæ usus. Virgilius Ecclog. IX. *Audieras &* (nam) *fama fuit.* Reperias qq. non rarò ו consecutivum Job. XX, 25. *eduxit, & exit*, h. e. statim atq; eduxit, exit. *Es. LXIV, 4* הן אתה קצפת ונחטא בהם עולם ונושע *Ecce tu irascebaris, & peccaveramus, in illos & servamur.* Est enim ordo plenus אשר אתה קצפת בהם Huc refertur ו, ut vocant, raciotinativum s. illativũ, qvo unum ex alio infertur, pro על־כן positum *Ps. II, 10. Eccl. II, 17. Hos IV, 5. Amos V, 27.* item ו ἐκβατικὸν *Gen XXXIX, 2.* ubi de Josepho: *Et fuit Dominus cum Josepho, & fuit vir prosperè agens.* Conseqvens infertur ex antecedente; Qvia Dominus Josepho peculiari gratiæ præsentiâ adfuit, actiones ejus dirigendo, ideò factum ut in omnibus prosperè ageret. Sic καὶ apud Græcos sæpè non copulat, sed ratiocinatur, & unum ex alio infert. *Marc. IV, 13.* Christus Discipulis suis sensum parabolæ indagantibus: Οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην; καὶ πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε; Sensus est: *Nescitis parabolam hanc tàm facilem, & cuivis planam? Qvomodo igitur alias parabolas omnes, plerasq; difficiliores, qvas deinceps audietis, intelligetis?* Conf. *Luc. XIX, 23.* Videntur qvidam loci Scripturæ ו distributivũ poscere *Pr. XXX, 8.* ראש ועשר לא תתן לי *paupertatem &* (aut) *divitias ne dederis mihi.* Verùm huic loco copulativum satisfacit: utrumqve extremorum deprecatur Salomon. Major disjunctionis respectus est in Exod. XXI, 15. ומכה אביו ואמו *qvi percutit patrem suum, &* (aut) *matrem suam.* Potest enim esse, cui benè conveniat cum Patre, malè verò cum Matre. Ità καὶ Græcorum *II. Cor. VI, 8.* Διὰ δόξας καὶ ἀτιμίας. Διὰ εὐφημίας, καὶ δυσφημίας. *Sive per gloriã, sive per ignominiam, sive per convitia, sive per laudes.* Æqvanimitas reqviritur in utroqve rerum statu, tàm adverso, qvàm prospero. Eodem modo accipi videtur Latinum *atqve* apud Terentium Eunuch.

Act.

Act. I, sc. 2. *Vereor, ne illud gravius Phædria tulerit, neve aliorsum, atqve* (qvàm) *ego feci, acceperit.* Nonnũq. datur ו orationis continuativum, respondens Latinorum *porrò* Gen. IX, 8. ו in ויאמר continuat sermonem & innuit, eodem tempore DEUM antecedentia & seqventia ad Noachum locutum esse. Ejusmodi ϗ perqvàm freqvens est in N. T. Huc spectat ו temporis ordinativum, notans *posteà, deindè*, Gen. XXXV, 3. XLIX, 29. Sic ϗ *Luc. I, 56.* Datur qvoq; ו concessivum, pro *qvamvis, etiamsi*, positum *Gen. XVIII, 27. I. Sam. XV, 29. Eccl. IX, 16. Jer. II, 11.* sic ϗ pro καίπερ vel κἂν h. e. ϗ ἂν *Matth. V, 19. I. Cor. XVI, 12.* Nolo addere, qvæ alii cumulant de sensu particulæ exceptivo, completivo, subsumtivo, exclusivo, interrogativo, negativo, χρονικῷ, τελικῷ, effectivo &c. Cur enim Entia, cur sensus citrà necessitatem multiplicaremus, cùm omnia ad tria vel qvatuor summa capita reduci possint? Hoc loco potest statui ו *purè conversivum* mutans significationem præteriti in significationem futuri.

כעץ] Interpretum qvidam vertunt, *arbor*; alii *lignum*. Hebræa vox in genere dicit *lignum*, tàm viride, qvàm aridum: nonnunqvam etiam *fruticem*, cujus caudex altiùs excrevit & caulis ramos produxit. *I. Reg. IV, 33.* Chaldæus habet אילן חיי *arbor viva*, i.e. humore suo radicali adhuc vivida. Græci *h. l.* reddunt per ξύλον, alibi per δένδρον *Gen. XVIII, 4.* alibi per δρῦς. *Ezech. VI, 13.* in eodem Propheta sexies per ῥάβδος.

Particula כ *h. l.* est מלת הדמיון *particula similitudinis*, non absolutam ἰσότητα s. identitatem, sed qvamcunqve ὁμοιότητα s. congruentiam innuens.

שתול] Chaldæus & Syrus adhibent verbum נצב qvod ejusmodi plantationem significat, per qvam arbor fixas agit radices. Undè נצבא *firmitas, stabilitas, durities.*

שתול dicitur, non שותל, haud qvæ se plantavit, sed qvæ est plantata, ut respectus habeatur ad causam plantationis, tùm supremam, s. DEUM *Ps. LXXX, 9. Es. XL, 24.* tùm mediam s. ministros Ecclesiæ *I. Cor. III, 6 7 8.*

על] Vulgatus; *Secus.* Montanus; *Super.* Münst.; *Juxtà.* Junius; *Ad.*

Hebræum על diversimodè significat. Qvandoq; *super*, & sic in

comparationibus format comparativum. Ità *Psal. CXIX, 19 Verbum tuum* על *super melori meo, & super aurum, & lapidem pretiosum multum*, h.e. melle dulcius & auro pretiosius. Nonnunqvam significat *juxtà, secus*, ut cum *Ps. XXIV, 2* & *CXXXVI, 6.* terra dicitur fundata super maria & extensa super aqvas. Non est, ut cum Bezâ statuamus, terram dici super aqvas fundatam, partim qvia DEUS ità digessit aqvas, ut tamen si littora duntaxat consideres, editior tellus ac qvodammodò imposita videatur; partim qvod Oceano circumsepta & tot fluminibus passim scaturientibus irrigua, verè in ipsis aqvis fundata ac stabilita dicatur: Nec opus est, ut distingvamus inter totum aqvæ elementum, & aqvas illas, qvæ per subterraneos meatus cursus suos conficiunt. Nam *Job* XXVI, 7. terra dicitur suspensa על בלימה *super nihilum*, qvia terra pilæ similis nullo fulcimine nixa aëre librato tàm grave pendet onus. Simpliciter dicimus, על poni pro *juxtà, secus*. Terra juxta aqvas est fundata. Hoc sensu sumitur מעל in illa qverelâ Jobi c. XIX, 13. *Fratres meos summovit* מעלי, *de juxtà me*, h. e. abalienavit à me, ut mihi omnia officia denegent. Hoc sensu qq. יד על *super manum* dicuntur nobis, qvi sunt finitimi, proximi. *Num.* XXXIV, 3. qvamvis Forsterus in Lexico velit, terminos ditionis aut regionis manus dici propterea, qvod prisci in limitibus constituebant manus, qvibus finis territorii indicabatur. Sæpè in defectu relativi præcedere debêtis על ponitur pro אשר על *Es.* XIV, 12. *Zach.* XII, 2. Subindè occurrit pro *de*, Joel. I, 3. Sic πρὸς pro περὶ *Hebr. I, 7.* Ὁ μὲν πρὸς τοὺς Ἀγγέλους, λέγει. rectè Beza; *De Angelis.* & Lutherus; von den Engeln / nisi malis cum Camerario; ὅσον πρὸς τοὺς Ἀγγέλους ποσότητα. *Qvoad Angelos.* Sic Aristoteles Eth. in defin. Virtutis: ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, *in mediocritate consistens qvoad nos.* Et Alexander Aphrod. l. II. probl. Ὁ καθόλου πρὸς τὸ σχῆμα, καὶ τὴν χρόαν φαινόμενα *summatim & qvoad figuram, & qvoad colorem apparentia.* Apud Latinos qq. super pro *de.* Virgilius I. Æneid. vers. 754.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Qvandoqve על ponitur pro *contrà.* Am. III, 1. V, 1. Est, ubi compensationis ac μισθαποδοσίας notionem

tionem habet, & *pro* significat Es. LIII, 9. *pro* eo, qvod *non injuriam fecit, neq;* fuit *dolus in ore ejus.* Job. XVI, 17. ubi insigne habes παῤῥησίας in oratione Jobi specimen. Subindè idem valet, qvod *apud*, לִפְנֵי, *coràm* I. Sam. XX, 11 Ezech. XLVI, 2. Zach. IV, 14. Sanè τὸ εἶναι πρὸς τὸν θεὸν *Joh. I, 1.* Theophylactus non ineptè interpretatus est μετὰ τοῦ θεοῦ, ut notet ea phrasis non tantùm ineffabilem illam ἕνωσιν & συνχώρησιν, amoremq; (cujus respectu dicitur ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς) sed etiam ἐμφανισμὸν, i. apparitionem apud faciem DEI, ad officium intercedendi pro sanctis suis. Conf. *Matt.* XIII, *56. Marc. VI, 3.* Nonnunqvam refert locale *versùs*, ut qvando volatilia dicuntur *volare super faciem cœli.* Qvicqvid enim imminet superficiei vel sursum versum vel deorsum, id super eam esse dicitur. Habes ubi עַל per alternationem ponitur pro אֶל *ad.* Sic Eccles. XII, 7. *pulvis*, h. e. pulvereum animæ tabernaculum, dicitur *reversurus* עַל הָאָרֶץ *ad terram* per sepulturam, puta, & cinefactionem Conf. *Exod.* XX, *25. I. Sam. II, 11. Ps.* XVIII, *41.* Valet עַל etiam qvandoq; עִם, *cum* Lev. II, 2. I. Sam. XIV, 33. 34. Eccles. XII, 14. Qvi plura vult, consulat Glassium *l. III. Gramm. sacr tract. 6. can. 12.* Unicum illud in controversiam venit, an ly עַל *Hos. VII, 16.* sit particula, an verò nomen DEI? Vulgatus pro עַל legit עוֹל ideoq; vertit; *absq; jugo.* Qvem sine fundamento suis commentis defendit Ribera. Drusius & cum eo Tarnovius volunt esse epitheton DEI, planè ut apud Ethnicos *supremus Jupiter.* Sic Græci ὁ ὕψιστος. Latini, *altissimus.* Dieu verò pro particula habet, vertitq; ; sursum. *Revertuntur, non sursum.* Coccejus; *convertuntur, non erectè.* Nec video, qvid reliqvos Interpretes moveat, ut habeant pro nomine Toar. Si Camets subscriptum causant, habent sibi solidissimè respondentem Cl. Dieu, qvi ità: *Qvid si Camets sit pro Patach ob Zakeph? Imò verò statuendum videtur,* עַל *etiam, qvando præpositio est, scribi absolutè per Camets. Liqvet illud* 1. *qvia cum affixis levibus scribitur semper per Cametz,* עָלַי, עָלָיו &c. 2. *qvia cum affixis gravibus,* כֶּם, כֶּן, הֶם, הֶן *litera* ע *habet Scheva, non ex Patach, sed ex Camets ortum, juxtà Regulam, Camets cum sit antepenultimum, ab accentu mutatur in Scheva.* 3 *qvia causa, cur hæc præpositio plerumq; Patach habeat, est qvod plerumq; habeat post se vel particulam,*

lam, ut עַל כֵּן ; *vel nomen, ut* עַל אֲשֶׁר הוֹרַח, *vel pronomen, ut* עַל פְּקוּד, *vel infinitivum, ut in quibus casibus imitatur nomina in constructione posita, quæ Camets ultimum mutant in Patach: unde & pro* עַל *dicitur interdum* עֲלֵי *formâ regiminis Gen.* XLIX, *17. 4. quia præpositio* מִן *semper habet Camets,* מֵעַל *Censeo itaque particulam* עַל *habere Patach, cum præpositionis munere fungens construitur cum sequenti: Camets autem cum absolutè & adverbialiter sumtum significat suprà, sursum.*

פלגי מים] *Pelagim* proprie sunt *divisiones*, Wasserscheidungen / oder Vertheilunge der Wässer / die Arme oder Ströme / so sich hin und wider vertheilen. Divisiones aqvarum ergò *h. l.* vel sunt rivi, in qvos fluvius deducitur; vel lingva terræ, qvæ utrinq; iis rivis alluitur, eoq; fœcundior est. Hinc *Pelagus* Græcis, & postea Latinis dictum putant, qvod in multas terræ partes sit dispertitum, cum ex eo manent omnia flumina, & rursus in illud ex omnibus terræ partibus refluant, seq; exonerent. פלגי מים simili sensu reperies *Pr.* XXI, *1.* פלגי־מים לב־מלך ביד־יהוה Velut *rivi aqvarum cor Regis est in manu Jhovæ.* Non est, ut per divisiones aqvarum cum Lyrano intelligamus primigeniâ illam aqvarum separationem, de qvâ *Gen. I, 6.* ac si DEUS cor Regis nunc elevet, ut sublimia moliatur; nunc deprimat, ut humilia tractet. Nec respectus necessariò habetur ad divisiones maris rubri, qvas fecit DEUS per Mosen, ut transirent Hebræi, & mox revoluto mari in eodem mergerentur Ægyptii. Sed simpliciter, vi phraseos Hebrææ, per פלגי מים intelligimus *rivos*, per qvos flumina in varias terræ partes derivantur & decurrunt, aut qvibus aqvarum congeries in hortos & arva deducitur, ut eos irriget, s. ea divisio aut deductio fiat à DEO ipso & natura; s. ab ab agricolâ, aut aqvilege, qvi aqvam colligit, eamq; per aqvæductus, tubos aut canales deducit, qvò libet. Sensus ergò est: sicut paratis fossis ejusmodi aqvarum elicia aut divergia modò huc, modò illuc, modò antrorsum, modò retrorsum, pro lubitu deduci possunt; ità in manu Domini sunt Regum instituta &c. Metaphoricè פלגי־מים dicunt copiam *Psal.* CXIX, *136.* פלגי־מים *Rivos aqvarum descenderunt* (activè, pro-descendere-fecerunt,) *oculi mei.* Vel juxtà alios; *Rivi aqvarum descenderunt* (ex) *oculis meis.* Aut juxtà Mercerum in Thes. Pagn. rad. ירד *Rivis aqvarum*

aqvarum defluxerunt oculi mei. Rivi aqvarum notant copiam lacrymarum. Cur gratiæ celestes dicantur divisiones, habes *I. Cor. XII.*

Superest, ut discutiamus, qvomodo una arbor בלשון רבים *in plurali numero*, dici qveat plantata ad rivos? Vel n. dicendum, plantatam intelligi arborem in illo loco, in qvo plures rivi coëunt; vel cum R. AbenEzrâ distributio qvædã hic agnoscenda, ut על־פלגי־מים sit על אחת הפלגים *ad unum ex rivis.* Sicut *Zach. IX, 9.* Christus dicitur insedisse pullo בר אתונות *filio asinarum*, h. e. ut citatus Rabbi præit: בר אחת האתונת *filio unius ex asinis.* Conf. *Gen. VIII, 5. Jud. XII, 7. Psl. XIX, 5. Jon. I, 5.* Nec in N. T. hic loqvendi modus insolitus. Sic *Matt.* XXIV, 1. οἱ μαθηταὶ dicuntur Christo ostendisse ædificia templi, h. e. ut Marcus habet *c.* XIII, 1 εἷς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ Fortè unus id fecit reliqvis præsentibus, aut unus hâc formulâ: *Vide qvales lapides, qvalia ædificia.* Ità *Matt* XXVII, 44. οἱ λῃσταὶ dicuntur in Christum convicia jecisse. Theophylactus qvidem vult, primum ambos Christum convitiatos, postea alterum, re consideratâ, resipuisse. Sed Lucas clariùs *c.* XXIII 39. εἷς τῶν κρεμασθέντων κακούργων.

אשר פריו] Nomen פרי generalis est, comprehendens ea, qvæ profert vel terra, vel arbores, vel animalia, vel homines. Græcum καρπὸς notat semen plantarum unà cum suo vasculo, involucro, cortice, ac integumento qvovis. Theophrast. l. I. hist. plant. *c.* 3. καρπός ἐστι τὸ συγκείμενον σπέρμα μετὰ τοῦ περικαρπίου. Et proprie dicit semen ipsum, jam maturum ac siccatum, deficiente sensim humido abundãte. Eustathii ad Odyss. η p. 1572. ὁ καρπὸς πεπανθεὶς καὶ ξηρανθεὶς, μηκέτι αὐξανόμενος ὑγρῷ θρέπεσθαι. Posteà tn generaliter sumtum, sic ut semina qvaliacunq; s. matura s. immatura diceret. Imò v. *Matt.* XIII, 26. notat semina primùm apparentia, & adhuc lactescentia, adeoq; immatura. Generaliùs adhuc significat omne terrâ nascens, esui aut potui aptum, non tantùm prout nascitur, sed & qvat. arte præparatur, ut vinum *Matth.* XXI, 34. oleum &c. Transfertur qq. ad fœtus animalium & ipsius hominis, qvi respectu maris dicitur καρπὸς τῆς ὀσφύος *Act. II, 30.* respectu fœminæ, καρπὸς κοιλίας *Luc. I, 42.*

פרי & καρπὸς designant qvemcunq; rei alicujus effectum. *Matth. III, 8.* καρποὶ ἄξιοι τῆς μετανοίας dicuntur opera pœnitentiam probantia. Et *Gal. V, 22.* ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος dicitur operatio s. effectus Spiritûs S. in nobis ac per nos. Fructus ergò Virijusti sunt opera justitiæ, fidei justificantis qs fructus s.

excrementa & documenta.

פרי & καρπὸς qq. dicunt qvamvis utilitatem ex qvâcunq; re, mercedem, præmium &c. *Pſ. LVIII, 12. Prov.* XXXI, *31. Eſ.* X, *12. Hebr.* XII, *11.* Hinc καρπὸς & μισθὸς conjunguntur *Joſ. IV, 36.* Fructus ergò juſtorum ſunt ejusmodi opera, qvæ ipſis μισθαποδοσίαν vi promiſſionis gratuitæ à DEO factæ pollicentur. Ipſum nomen *fructus* tale qvid importat, ſi à *fruendo* derivatur, ut multi exiſtimant.

Emphaticè Pſaltes opera Viri juſti vocat פריו *fructum ſuum*, tùm qvia ipſe operatur ſecundùm menſuram gratiæ ſibi à Chriſto conceſſæ; tùm qvia ipſe ex ſuis operibus fructum percipit, ſicut hortulano pira, poma in victum cedunt, qvorũ arbores ipſe manu ſuâ plantavit.

יתן] *Dare* fructum pro *ferre*, facere. Græci variis exprimũt formulis, ut ποιῶν καρπὸν *Matth. III, 8.* Φέρειν καρπὸν *Joh.* XII, *24.* διδόναι καρπὸν *Marc. IV, 7* βλαστάνειν τὸν καρπὸν *Jac. V, 18.* καρπὸν ἀποδιδόναι *Hebr.* XII, *11.* καρπὸς γίνεται ἐκ ξύλου *Matth* XXI, *19.* &c. Verbum יתן h. l. non eſt ſine energiâ. Reqvirit n. ſpontaneum operandi motũ in juſtis, omnemq; & pœnæ metum & mercedis cupidinem excludit.

בעתו] Hebræum עת notat (1) tempus *ordinarium*, deſignatum, præfixum. Ità *Job.* XXII, *16.* homines vanitatum ſtudioſi dicuntur corrugari, emaciari, minui, לא עת *ſine tempore*, h. e. ante tempus, metaphorâ ab humano corpore, qvod habet ordinarium augeſcendi & decreſcendi tempus, (2) Tempus *opportunum*, commodum *Oſ.* X, *12.* planè ut Græcorum καιρὸς *Rom.* XIII, *11.* unde πρόσκαιροι dicuntur, qvi qvousq; καίριον & opportunum videtur credunt *Matth.* XXII, *21.* Huc facit Chaldæi Paraphraſtæ ערן qvod deſignat temp° *oportunum*, בחיר, *ſelectum*, commodum *Eccl. III, 2.* occaſionem, qvæ voluptate afficit. Nam עֵרֶן Delectationẽ notat. Hinc ערן vocant Hebræi & Chaldæi, qvẽ Hieronymus appellat *Paradiſum voluptatis.*

Affixum ו referendum ad פרי. *Tempore ſuo* h. e. qvando fructus maturuit. Huc reſpicit Targum, qvando pro יתן ponit מבשל *concoqvens*, ſ. ad maturitatem producẽs. Eodem modo *Matth.* XXI, *41.* ly αὐτῶν non eſt cum Stephano & Bezâ referendum ad γεωργοὺς, cum οἱ καιροὶ non ſint in poteſtate vel arbitrio τῶν γεωργῶν: ſed ad καρπούς. Habent enim fructus ſuæ maturitatis καιροὺς à natura.

Non obligatur ad opera, cui vel materia, vel occaſio vel nerv° operandi deeſt. In iſto caſu valet tritum. *Ut deſint vires, tamen eſt laudanda volun-*

voluntas. Nullam tamen benè agendi occasionem elabi patitur justus, utpotè δουλεύων τῷ καιρῷ *Rom.* XII, *11.* καὶ ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν *Eph. V, 16. Colos. IV, 5.*

Moram requirunt opera, maximè in Neo-Christianis, sicut fructus in Neo-Phyto. Infans tenellæ tamdiu ulnis gestatur, qvamdiu debiliora habet membra, ad ambulandum inepta. Qvò provectiores sumus, eò in bonorum operum stadio alacriùs currimus. Qvis, postqvam hodiè plantavit arborem, cras protenus decerpit fructus? Toleraudi sunt infirmiores, donec succrescant. *Tempore suo* fructificabunt.

ועלהו] Hebræum עלה *folium* notat ab *adscendendo* dictum, eò qvod folia in fruticibus sursùm adscendunt. Chaldæi folium vocant טרפא, à *rapiendo*, collidendo, frangendo, qvia fragilius nihil est folio, idqs rectè dicitur præda ventorum. Hoc loco est אטרפא. Aleph ab initio formativũ est, ut ארמא & דמא, *Sanguis*, & similia. Græcorum φύλλον à φύω dictum, qvia est fœtus arboris. Utrumqve conjungitur *Matth.* XXIV, *32.* καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ utro modo vertas, s. activè cum accusativo; & *folia producit* sc. ramus: s. neutraliter cum nominativo, qvod vult Erasmus; & *folia fuerint enata:* nihil erraveris.

Si per folia arboris verba viri justi intelligis, doceris 1. documenta rerum præstare documentis verborum. Vir justus plus præstat opere, qvàm ore loqvitur. Hinc פרי ponitur ante עלה. 2. Pauciloqvium viri justi Characterem esse. In pleonasmo verborum est pleonasmus peccatorũ. Hinc עלהו in singulari.

לא יבול] Interpretum alii; *non decidet:* alii; *non marcescet.* Hebræum נבל nonnihil ad significatum verbi נפל accedit, usurpaturqs de flaccescentibus atq; ex marcore decidentibus v. g. foliis arborum, aut graminibus. *Ps.* XXXVII, *2. Es* I, *30.* XXXIV, *4.* XL, *7. Jer. VIII, 13.* de hominibus delassatis. *Ex.* XVIII, *18.* de actionibus stultorum, qvæ conjunctæ sunt cum dedecore, & deformitatem patranti conciliant, sicut marcor foliis arboriqs ipsi, qvæ casum deniqve interitumqs ipsum secum ferunt. *Prov.* XVII, *7.* Hoc loco non simplicem dicit foliorũ lapsum, sed eum, qvi ex exsiccatione, s. defectu humidi radicalis est: sicut Germani qq. de corporibus exsiccatis dicunt. Er ist gantz verfallen. Cõvenit Chaldæ נהר, qvod itidem dicit defluxum ex marcore. Hinc reperitur junctum cum יבש, tanqvam effectus cum causa *Esa.* XL, *8.* & usurpatur de langvore ex tristitiâ orto. *c.* LXIV, *6.*

R. Kimchi vult ex præcedenti membro לא יבול repetendum,

dum, *in tempore suo:* cum sc. arbor vel folium ipsum umbram præbere debet, ac cõtrà solis ardores defendere. Ita Mariana, *non defluet*, supple, *tempore suo:* in hieme enim nudabitur foliis. Emmanuel Sa putat, singularem respectum hîc haberi ad olivam vel palmam, qvæ gaudent riguis, & post decerptum fructum folia non abjiciunt *Psal.* XCII, *13.* Muisius ità interpretatur. *Folium ejus non decidet*, sc. tàm citò ac facilè, qvam folia aliarum arborum solent ob siccitatem. Neutra contemnenda est, postrema tamen præ aliis placet.

Justi docentur, ne otiosos & inutiles ferant sermones, neve loqvendo à rectitudine legis divinæ deficiant.

וכל אשר יעשה] Chaldæus refert hæc verba ad arborem: *Et omne germen ejus, qvod germinat* (לבלביו dicuntur germina, qvia qs. ex corde arboris, ex radice s. medullâ prodeunt) *granescit & perficit*, vel, granescendo perficit. Qvam interpretationem Bellarminus, posthabitâ Versione veteri, sequitur, eò qvod in fontibus sit יצליח: & hanc accommodat ad errorem Pontificium de libero arbitrio adstruendum. Qvemadmodum, inqvit, virtus activa arboris concurrit ad maturandos fructus omnes; ità in piis est vis activa liberi arbitrii, qvæ concurrit cum gratiâ ad opera meritoria. Sed fallitur. Nam (1) idem verbum in eâdem conjug. usurpatur *Ps.* XXXVII. de impio, qvi prosperatur in viâ suâ: in impio autem non est vis activa se prosperandi, undè ibidem Bellarminus passivè explicat hanc vocem. Non ergò verbum יצליח significationem hanc necessariò importat. (2) Vis arboris est naturalis, qvam Deus communi suo concursu in actum deducit: vires a. nostri arbitrii non sunt ex naturæ, verùm ex gratiæ principio. *Phil. II, 13.*

יצליח] Vox Hebræa, ob cognationẽ, qvam habet cũ Chaldæo צְלַח *II. Sam.* XIX, *17.* significat *alacriter pervadere*, hurtig durchdringẽ/ *I. Sam.* X, *6.* Per consequens dicitur de iis, qvi prosperi sunt, qvibus nihil occurrit adversum, vel qvi omnia feliciter perrumpunt. In lingvâ Arabicâ צלח est *valere*, bonum esse: eamq; ap. Hebræos primariam hujus verbi significationem esse, constare videtur ex *Jer.* XIII, *7. Ezech.* XV, *4.* Hinc secundariò flueret felicitatis significatio, qvippè in qvâ bonum hominis consistit. Hinc in Hiphil הִצְלִיחַ, *bonũ reddere.* Cæterùm in h.l. Qvidam Interpretũ transitivè reddunt; *prosperare faciet.* alii intransitivè; *prosperabitur.* Hi posteriores ad כל statuũt necesse est ellipsin particulæ בּ, aliàs frequentem. Atq; ità justo omnia cooperantur in bonum, fremat licet orbis & orcus.

Versus IV.

Hebraus: לא־כן הרשעים כי אם כמץ אשר־תדפנו רוח

Chaldæus: לא מטול היכנא רשיעי אלהן כמוצא די תשקפניה עלעולא׃

Syrus: לא הכנא רשיעא לא אלא איך עורא דדריא רוחא

LXX οὐχ ὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ ὕτως (*Schol.* τὸ δεύτερον, οὐχ ὕτως, παρ' ὀδενὶ κεῖται ἐν τῷ ἑξαπλῷ) ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς (*Schol.* ὡς ὁ χνοῦς,) ὃν ἐκβάλλει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

Junius: Non ità improbi *sunt*, (Vulg. *Non sic impii, non sic:*) sed (Münsterus ad epexegesin addit hæc verba parenthesi inclusa; *Moventur ad malum.*) sicut gluma (Ita qvoqve Pagninus & Montanus. Sed Vulgatus; *tanqvam pulvis.* Münsterus & Castalio; *sicut palea.* Vatablus & Tigurina; *ut qvisqviliæ.*) qvam dispellit (Arias; *dispellet eam.* Vulg. *qvem projicit.* Pagninus; *projiciet eam.* Castalio; *qvam agitat.*) Ventus (Vulg. addit ex Græcis; *à facie terræ.*)

Lutherus: Aber so sind die Gottlosen nicht/ (*Piscator:* Aber also werden die Gottlosen nicht seyn. *Versio ante Lutherum edita:* Nicht also gy bösen/nicht also.) sondern wie Sprew / (*MSta.* Gestupp.) die der Wind verstrewet (*MSta*, von dem Antlitz der Erden. *Dietenberg.* die der Wind vom Land verstrewet.)

Belgica: Alsoo en zyn de Godtloose niet / maer alß het Kaf *Editio antiqvior;* gelyk Kaff) dat de Windt henen dryst.

Exegesis.

לא כן] Nunc per antithesin elegantem Psaltes ad describendum impiorum statum devolvitur, ut opposita juxtà se posita magis

magis elucescant, & piorum beatitudo per contrariam impiorum miseriam illustretur.

Respectus autem hîc habetur ad præcedentia, hoc sensu: *Non ità*, sc. florebunt, vel prosperabuntur, nec qvoad actiones ipsas, nec qvoad actionum apotelesmata & eventum. Qvod advertentes Lutherus, Junius & Batavi rectè suppleverunt per verbum substantivum, *Sunt*.

LXX. voces לא כן geminant. Horum vestigia legunt Interpretes, Arabs, Syrus, Vulgatus, MStus. Muisius autem veritatis Hebrææ tenacior, qvod in Viro doctissimo laudandum, postremum *non sic* abjicit. Nec video, qvid Interpretes ad anadiplosin moverit? nisi fortassè, ut oratio foret affectuosior & efficacior. Theodoretus: Τῷ διπλασιασμῷ τῆς ἀπαγορεύσεως τὴν ἐναντιότητα δείκνυσι. *Per negationis geminationem contrarietatem demonstrat.*

הרשעים] Annotant Kimchius & Euthymius, per הרשעים non intelligendos esse præcisè & speciatim eos, qvi *vers. 1.* hâc ipsâ voce indigitantur, sed generatim omnes illos, qvi justis opponuntur, etiam peccatores & derisores.

כמץ] Notat R. David Kimchi in libr. Rad. Hebræorum מץ designare *minutum* illud, *qvod est inter paleas:* undè posteà generaliter ad qvasvis aliarum rerum minutias translatum est. Convenit Græcorum χνοῦς, qvod Hesychius exponit, *minutum palearum*. Denotat etiam *lanuginem*, s. primos pilos in genis erumpentes; itèm *maris spumam*, qvæ ei veluti lanugo innatat, *Od.* ζ.

Ex Interpretibus Latinis præferendi sunt qvi per *glumam* & *qvisqvilias*, iis, qvi per *paleam* expresserunt. Est enim, qvæ alicui usui sit, colligaturq; & diligenter recondatur palea; gluma verò & volantes qvisqviliæ, tantùm abest ut commodum aliqvod mortalib⁹ afferant, ut potiùs illorum oculos graviter lædant. *Gluma* propriè est folliculus grani, à *glubendo* dicta, qvod è folliculo deglubatur gramen, teste Varrone. Metaphoricè notat qvamvis rem minutissimam & levissimam. Hinc non inepte Hieronymus & Vulgatus, *tanqvàm pulvis*. Sicut *Es. XVII, 12.* LXX. per κονιορτὸς.

Cæterùm, cur hinc indè glumæ comparentur impii, exponit Eusebius his verbis: χνῷ ἀπεικάζονται ἀσεβεῖς, καρπὸν ἔχοντες σκεδαστόν τε, καὶ πρόσκαιρον, τὴν

εἰκόνα

εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φορήσαντες. *Pulveri assimilantur impij, qvod fructum habeant fluxum ac temporaneum, imaginem terreni ferentes.* Qvid glumâ inanius? Impii licet verba sua multo pietatis pondere imprægnent, intus tamen steriles sunt. Qvid glumâ vilius? impii, utut mundo benè oleant, DEO, Angelis & Sanctis omnibus fœtent. Nec vilius qvicqvam concipi potest, qvàm Diaboli esse mancipium. Qvid glumâ inutilius? impii sunt inutilia telluris pondera, nemini svaves, omnibus graves. Conf. *Job. XXI, 17. Es. XVII, 13. Zeph. II, 2.*

Videtur autem Psaltes tacitâ antithesi significare, pios tritico ac frumento esse similes, qvod suo pondere manet immotum. Id observat R. Aben-Esra ad h. l. הנה נפש הצדיק דומה אל הדגן שהוא עומד והרשעים כתבן לפני הרוח: *Ecce anima justi similis est frumento, qvod* (suâ mole) *firmiter persistit: improborum autem* (anima est) *sicut stramen coràm vento.* Eandem antithesin advertes in verbis Christi *Matth. III, 12.*

אשר תדפנו רוח] Exaggerat David miseriam impiorum, qvãdo eos comparat non tantum glumæ, sed ejusmodi etiam glumæ, qvæ hinc indè à vento agitatur, qvo ipso innuit, talem esse impiorum fortunam, ut ne vestigium qvidem sui relinqvat. Conf. *Psal. XXXV, 5.*

De Hebræorum נדף qvod notemus, nihil est: *Propulsionem* propriè ea vox dicit, sicut & Græcorum ἐκρίπτω projectionem dicit, qvæ fit motu violento.

רוח utut aliàs diversimodè usurpetur, hoc loco *ventum* dicit, prout ex parallelismis citatis, & simili de glumâ sumto satis constat. Chaldæi עלעולא *ventum* notat *vehementissimum, turbinem*, s. *procellam.* Græcorum ἄνεμος ferè concordat. Hinc ἀνεμίζεσθαι est ἀνέμῳ vel ἀνέμοις impelli, sicut *Jacob. I, 6.* is qvi orando dubitat dicitur similis κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ *fluctui maris, qvi ventis agitatur, & impetu eorum hinc indè rapitur.*

Qvid autem per *Ventum* intelligatur, non omnium eadem est sententia. Theodoretus ad instabilitatem mentis tentationibus variis concussæ refert. ἐλέγχονται, inqvit, ὅταν πειρασμὸς πνεύσῃ, ὥσπερ ὁ χνοῦς τῆς γῆς, ὧδε κἀκεῖσε ῥιπιζόμενοι, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς δυνάσταις τὰς γνώμας μεταβαλλό-

βαλλόμφοι. *Quando tentatio flaverit, arguuntur tanqvam gluma terræ, hinc indè projecti, & ad placitum Dynastarum sententiam mutantes.* Non insolitum est Scripturis, vento comparare hostes & tyrannos *Es XXVII, 8. Hos. XIII, 15.* Hesychius de Judæis exponit, Spiritu prædicationis Apostolicæ qs. disjectis, h. m. Ἀπερρίφησαν Ἰουδαῖοι ἀνέμῳ κ τ ἰσχυρῷ τ κηρύγματ τ Ἀποστόλων πνεύσαντ, κ καθάπερ ὁ χνὸς εἰς ὀδὲν διελύθησαν. Οὐ πόλιν γ, οὐ λαμπρέαν, οὐχ' ἕπεσθαι τ ἐξ' ἀρχῆς ἔχοντες, ἐσκορπίσθησαν εἰς ὅλον τ γῆς, καθάπερ ὁ χνὸς ἠλαμωμένοι τ πρόσωπον. *Judæi disjecti sunt, flante adversus eos vehementi Apostolorum prædicationis Spiritu, & tanqvàm gluma ad nihilum redacti sunt. Nam neqve civitatem, neqve cultum sacrum, neqve qvicqvam priorum habentes, per universum terrarum orbem dissipati sunt, instar glumæ, in faciem contempti.* At subjectum Psalmi generale non patitur in antithesi restrictionem ejusmodi particularem ad Judæos, nisi dimissâ literâ anagogen amplectaris. Rectius, meo judicio, ad justitiam DEI vindicatricem refert Didymus, qvando; Νοήσεις, inqvit, ἄνεμον τ ἄνω κάτω ἑλκτικ ἀλλοπίζοντα τ ἠλαωμένον αὐλὸς ἄγγελον, κ τῷ ὁρμῷ τ πλάνης πάσης, αὐλὸς ἐρημῶσαν θείας διδασκαλίας, ἐν ᾗ κυβίᾳ τ ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ. *Scies ventum esse sursùm & deorsum impios dissipantem, ultorem Angelum & impetum omnis erroris, divinâ illos doctrinâ privantem, in neqvitiâ hominum in astutiâ Eph. IV, 14.* Advertes passim in Scripturis, ventum proponi ut indicem indignationis divinæ *Es XXX, 27. 28 Jer. XXIII, 19.* qvæ instar venti inobservabilis, ut nescias undè, qvando, & qvo?

Constructio in אשר הרפנו pleonastica est. Qvi Pleonasmus familiaris admodùm & elegans est in Pronominibus tùm integris, tùm affixis: & adhibetur לתוספת הביאור *ad majorem declarationem* & tollendam omnem ambiguitatem. Usitatus est hic Pleonasmus Hebræis, tùm integri cum integro *Gen. XX, 5.* היא גם היא *ipsa etiam ipsa*, q.d. ipsissima Sara: tùm integri & affixi, ac vicissim. *Psal. IX, 7.* אבד זכרם המה *periit memoria eorum, eorum* inqvam: tùm affixi & affixi ejusdem *Gen. XXX, 20.* tùm affixi, qvod vocem, ad qvam refertur præcedit

dit, *Prov. XIII, 4.* נפשו עצל rectè Piscator; *anima ipsius pigri:* (nisi velis asserere, hoc ו esse paragogicũ, velut in illo *Gen. I, 24.* תירתו *Ps. CXIV, 8.* למעינו, Conf. Trostii *Gramm. l. 2 c. 1. ann. ult.*) tùm affixi, qvod vocem, ad qvam refertur, seqvitur *Eccles. II, 14. Sapientis* עיניו oculi ejus *in capite* (potest tamen etiam nominativus החכם vim habere membri integri, h. m. *Sapientem qvod attinet.*) Conf. *Ps. XI, 4.* Usitatus est hic Pleonasmus etiam in aliis Lingvis. Chaldaicâ *Dan. II, 29.* אנתה מלכא רעיונך *tua Rex, cogitationes tuæ* Syriacâ, *Luc. XVI, 21.* מן פתורה דהו אתיא *de mensâ ipsius divitis.* Græcâ *Marc. VII, 25.* γυνὴ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς, pro ἡ αὐτῆς, *cujus ipsius Luc. II, 35.* καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία *Tuam ipsius*, i. e. tuam propriam animam pertransibit gladius. *Joh. I, 27.* οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. Potest qvidem reddi, *Qvo ego non sum dignus.* Ut & Lutherus, deß ich nicht werth bin. Sed videtur tamen οὗ & αὐτοῦ ad idem pertinere: præsertim cùm in Matthæo, Marco & Luca ἐκείνου usurpetur, qvod per se genitivum non regit, sed ad Verbum Infinitivum refertur, & nihilominus apud Marcum & Lucam τοῦ αὐτοῦ repetatur. Conf. *I. Petr. II, 24. Apoc. VII, 2. 9.* &c.

Additamentũ illud, ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, *à facie terræ*, Spurium est, à Græcis fortassè majoris declarationis ergò excogitatum.

Versus V.

Hebræus: על־כן לא יקמו רשעים במשפט וחטאים בעדת צדיקים׃

Chaldæus: מטול היכנא לא יזכון רשיעי ביומא רבא וחיבין בסיעת צדיקיא׃

Syrus: מטל הרא לא נקומון רשיעא בדינא אפלא חטיא בכנושתא דצדיקא׃

LXX. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ (*Aquila*, συναγωγῇ, *Theodotion*, συλλόγῳ. *Symmachus*, συνελεύσει.) δικαίων.

Junius: Idcircò non exsurgent (Vulg. *resurgunt.* Münsterus; *resurgent.* Pagninus & Montanus; *stabunt.* Castalio; *consistent.*) improbi in illo (Münst. *in ipso.*) judicio, aut peccatores (Münst. *sicut nec peccatores.* Castalio; *scelerati.*) in cœtu (Vulg. *Consilio.* Pagninus; *congregatione.*) justorum (Castalio; *bonorum.*)

Lutherus: Darumb bleiben die Gottlosen nicht (*MSta*, bestient nit. *Versio antiqvior*; stahn nicht up de bösen. *Dietenberg* bestehen nicht) im Gerichte (*MSta*, in dem Urthail.) noch die Sünder in der Gemeine der Gerechten (*MSta*, in dem Rhaet. *Editio antiqvior*; in der Sammelinge.)

Belgica: Daerom̃ sullen de Godtloose niet bestaen in't Gerichte/ noch de Sondaers in de Vergaderinge der Rechtvervdigen.

EXEGESIS.

[על־כן] Subindè est causale, pro על אשר כן *propterea qvod.* Sic *Psal. XLII, 7.* אלהי עלי נפשי השתוחחה על כן אזכרך מארץ ירדן; videtur sensui convenientius, ut reddatur: *DEUS meus, in me anima mea humiliata est, propterea qvod recordor tui è terrâ Jordanis.* R. Aben Ezra putat, esse responsionem ad illud *v. 6. Qvare tristis* &c. Certè על־כן *Os. VI, 5.* Raschi על־אשר & Chaldæus על־כן ר i. e. *propterea qvod*, exponunt. Et Raschi citat exemplũ ex *Gen. XXXVIII, 26.* conf. *Num. X, 3. c. XIV, 43. Jer. XXXIIX, 4. c. XLVIII, 36. Psal. XLV, 3. 8.* Frequentissimè ly על־כן dicit illationem aut convenientiam consequentis ad antecedens: *Propterea.* Et hæc significatio est *h. l.*

[לא יקמו] Valdè hîc sese torqvent Interpretes. Theodoretus: Ἀναστήσονται μὲν, οὐκ ἀξιωθήσονται δὲ ἐξετάσεως, ἀλλ' εὐθὺς τῇ κολάσει παραδοθήσονται. οὐκ εἰς κρίσιν γὰρ, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν ἀναστήσονται, ἐλέγχων μὴ δεόμενοι. *Resurgent qvidem, sed non dignandi erunt examine, sed illicò tradentur supplicio. Non enim in judicium resurgent, sed in condemnationem, cum redargutionibus non indigeant.* Eusebius: Ἀναστήσονται μὲν,

μὲν, ἀναστήσονται δὲ ἐπὶ κολάσει, καὶ τιμωρίᾳ. *Resurgent qvidem sed ad pœnas & supplicia.* Didymus: ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται. ἀλλ' ἀναστήσονται μέν, οὐ κριθήσονται δε, τυγχάνοντες αὐτοκατάκριτοι. ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς ἐμέ (φησιν) ἤδη κέκριται. *Non resurgent impij, nimirùm in judicio; resurgent qvidem, verùm non judicabuntur, cum suâ sint sententiâ damnati. Nam* qvi non credit in me, *inqvit Joh. III, 18.* jam judicatus est. Theodorus clariùs: Μετὰ πολλῆς ἀκριβείας διέξεισιν ἅπαν τὸ πανάγιον πνεῦμα. οὐ γὰρ εἶπεν, οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς, ἀλλ', οὐκ ἀναστήσονται εἰς κρίσιν. Τουτέστιν. ἀναστήσονται μὲν, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν. οὔτε γὰρ ἐλέγχων δέονται, προφανῆ τὴν ἀσέβειαν ἔχοντες, ἀλλὰ τιμωρίαν μόνην προσδέχονται. καθάπερ γὰρ οὐδὲ ἐπ' αὐτοφόρῳ ἁλῶντας ἀνδροφόνους οὐκέτι τὸ ἐλέγχειν εἰσάγουσιν οἱ δικάζοντες, ἀλλ' ὥστε τὴν τοῖς νόμοις δοκοῦσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτῶν. οὕτω καὶ οἱ ἀσεβεῖα συνεζηκότες, εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὴν κόλασιν ὑπομένουσιν, οὐκ εἰς κρίσιν ἀγόμενοι, ἀλλὰ τῆς τιμωρίας τὴν ψῆφον δεχόμενοι. *Spiritus S. cum magna accuratione totum exponit. Non enim dixit,* Non resurgent impii, *sed,* Non resurgent in judicio. *Hoc est:* resurgent qvidem, sed in damnationem. *Non enim opus habent accusatione, qvi manifestâ impietate tenentur, sed solum supplicium exspectant. Qvemadmodum enim in ipso cædis crimine deprehensos, non ad qvæstionem judices adducunt, sed ut legibus consentaneam in eos ferant sententiam: ita qvi in impietate vixerunt, statim à resurrectione pœnas subeunt, non in judicium vocati, sed ad supplicij sententiam acciti.* Sensus horum omnium est, omnes qvidem impios judicandos esse judicio damnationis, qvo debita cuiqve pœna decernetur; non tamen judicandos esse judicio discussionis, qvia nullâ opus habent discussione, qvi suam liqvidò afferunt damnationem, qvæ tunc orbi innotescet. Non resurgent ergò impii in judicio, qvia in eo cadent causâ suâ & damnabuntur. Eandem esse sententiam Augustini, Hieronymi & Euthymii, vult Sixtinus ab Amamâ in *Antibarb. Bibl. ad h. l.* Aliter Dionysius Carthusianus, qvi, *Non resurgent,* inqvit, *impij in judicio discretionis, qvo homines justi seipsos examinant,*

aminant, & conscientias suas discernunt, ac inter bonum malumq; judicantes detestantur culpam, in quam inciderunt, & per pœnitentiam resurgunt. Versio Bibliorum antè Lutherum edita aliter; Darumb stahn nicht up de bösen in deme Ordele (to erer Tröstinge) non resurgunt, sc. ad vitam.

Verùm his subtilitatibus non opus est. Simplicissimus Sensus est, futurum ut causâ cadant impii, qvando ipsorum vita secundùm justitiæ normam examinanda. Ita Joh. Baptista Folengius, Hugo Grotius, Corderus, Junius, Sixtinus ab Amama &c. קום enim non tantùm significat *surgere*, sed & *ad consistendum se erigere*, vel *erecto capite subsistere*. Non erigent sese, h. e. non audebunt levare caput, aut antè judicem hiscere, aliqvid audacter opponere, aut crimen excusare. Tossanus; Sie können nicht bestehen / noch sich entschuldigen / sondern werden zu Schanden und verdamt werden. Hinc rectè Pagninus & Montanus; *non stabunt*. Castalio; *non consistent*. Lutherus; Werden nicht bleiben. MSta & Dietenberg. Bestehen nicht. Batavi; sullen niet bestaen. R. Aben-Ezra; יקומו טעמו יעמדו *surgere significat consistere*. Chald, לא יזכון *non erunt insontes*, sine culpâ & reatu, sensu planè eodem. קום nonnunqvam est *subsistere Josh. VII, 12. Esdr. IX, 15.* Hinc קימה ἡ ὕπαρξις *exstantia*, vel potius; τὸ ἐφ' ἡμῶν, *qvo subsistimus, duramus Job XXII, 20.* & תקומה *consistentia*, s. consistendi facultas *Lev. XXVI, 37.* קמה, ut ex Kimchio notat Drusius, propriè dicit *fruges cereales stantes Os. VIII, 7.* Terminus est judicialis, sicut etiam apud Latinos *stare* dicitur is, qvi non cadit causâ, vel absolvitur. Eodem modo usurpatur verbum σταθῆναι *Luc. XXI, 36. Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini, qvi effugiatis ista omnia, qvæ futura sunt, & consistatis coràm Filio hominis*, h. e ità appareatis, ut intrepidè possitis vultum & sententiam judicis sustinere.

Non video, qvid Bezam moverit, ut ad *loc. Luc. citat.* scriberet; *Psal. I, 5. dicit David:* Impii in judicio לא יקומו i. e. non consistent: *pro qvo Græcus Interpres perperàm reddidit,* οὐκ ἀναστήσονται. *Undè postea emanavit eorum error, qvi impios resurrecturos negârunt, tanti est momenti veram vocabulorum significationem tenere.* Græcum ἀνάστασις judiciale esse, & non tantùm resurgendi, sed & simpliciter

citer surgendi significationem habere, satis constat ex *Matth. XII, 41.* Ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν. Ad qvæ verba ipse Beza: *Vel* surgent, *ut pro simplici accipiatur*, (ità proprio sese jugulat gladio) *atqve referatur ad judiciorum consvetudinem: solent enim assurgere, qvi in publicis cœtibus aliqvid sunt dicturi: qvo respexit Christus. Malo tamen ad ipsam resurrectionem hoc referre; perindè ac si scriptum esset, resurgentes cum hâc natione. Nam certum est hîc agi de extremo judicio, neqve utitur Christus præpos.* μετὰ, *sed* μετὰ, *pro qvâ Syrus Interpres habet* עם. Nos malumus cum Vetere & Erasmo reddere *surgent*. Neqve enim simpliciter hîc de Resurrectione sermo est, sed de peculiari actione judiciali, qvam Ninevitæ cum Scribis & Pharisæis instituent. Nec in hoc sensu necessariò reqviritur ly μετὰ. Nam surgere dicuntur μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, tanqvàm partes litigantes, qvæ ambæ in judicio communiter stare solent. Hinc Lutherus; **Werden auffstreten**/ tanqvam cum parte litis.

Injuriam fieri Kimchio ab illis, qvi audacter asserunt, illum impiorum resurrectionem negare, prolixè docet Amama *Antiharb. Bibl. p. 967. seqq.* qvi videatur.

במשפט] משפט Hebræorum variè sumitur. Generaliter significat τάξιν, *ordinem*, qvo qvidq; in suo loco ac convenienti statu constituitur. Ità *Job. XXXIV. 17.* שונא משפט dicitur, cui ordo à DEO constitutus non est acceptus. Item *agendi modum, rationem & consvetudinem*, sicut *I. Sam. VIII, 9. & 11.* hoc dicitur משפט Regis in Israëlitas dominaturi, qvod filios eorum &c. malè Vulgatus vertit; *hoc erit jus.* de jure enim non est sermo, sed de facto. Non qvid facere debeat, aut legitimè possit, describitur; sed qvid facturus esset, qvo jure, qvâve injuriâ. Qvod rectè advertit & expressit R. Levi Ben Gersom ad *l. c.* רצה שמואל ליראם לבהלם והודיעם מה שיעשה המלך כשיתחזק על ממלכתו: *Voluit Samuel illis terrorem incutere, monstrando, qvid ausurus Rex sit, postqvàm corroboratus fuerit in Regno suo.* Si *juris* vocabulum arridet, distingves inter jus verum & usurpatum. Nec aliter Sanctius in *loc. Sam. citat.* ubi dicit, non significari, qvid Reges jure possint,

sint, sed qvid audeant. Nicolaus Serarius in Opere Posthumo ad *I. Reg. VIII.* distinctiùs: *Verius est*, inqvit, *jus illud esse pravum & falsum, hîc tamen dupliciter proponitur, 1. ut prædictio. 2. ut descriptio: prædictio qvidem ejus, qvod adventurum erat; & sic juris nomen pro dispositione ac serie accipitur: descriptio autem ejus, qvod apud Reges Ethnicos fieri soleret, & sic jus significat morem, s. consvetudinem, qvod Hebr. nomini freqvens est.* Conf. *I. Sam. II, 13. Eccles. VIII, 5. Psal.* LXXXI, 5. Frustrà ergò desudat Carthusianus, qvando distingvit inter jus Regis in necessitate & extrà necessitatem constituti, ac in casu necessitatis ad jus regis pertinere asserit, disponere de bonis & liberis subditorum secundùm exigentiam boni communis Frustrà est Thomas *l. III. de Regim. Princ. c. 11.* qvando distingvit inter jus absolutè & certo respectu justum, asserens jus à Samuele præscriptum esse justum non absolutè, sed respectu hominum, adeò ad mala proclivium, ut non tàm politicè, qvàm despoticè & tyrannicè eos regi justum sit. Non opus est tot subtilitatibus, cùm de vocis משפט significatione latiori inter omnes constet.

Specialiter applicatur hic terminus ad res judiciales. Atqve ità notat R. Schlomoh ad *Job.* IX, *32.* tria continere hoc vocabulum *a.* תחילת *initium* judicii, nempè הוכחת דברים *contentionem verborum*, qvæ est inter litigatores, dùm qvisqve suas affert rationes. Ità sumitur hoc ipso *loc. cit.* & *Job.* XIII, *18.* *β.* אמצעית *medium* judicii videl. פסק דין, *pronunciationem sententiæ.* *γ.* סוף *finem* judicii, nempè משטר ויסורי וגיבוי חוב *sententiæ exsecutionem*, & debiti exactionem, s. sceleris punitionem. Ita *Hos. V, 1.* eleganter Lutherus; Dann es wird eine Straffe über Euch gehen. Est ubi in significatu forensi משפט dicat moderationem & temperamentum clementiæ in Zelo. *Jer.* X, *25. in judicio, ne in irâ tuâ.* Ibi notat æstimationem rectoris in ipsa castigatione bonum castigati respicientis, & non tantùm factum, sed etiam delinqventis animum considerantis.

Nec minus πλύσημον est Græcorum κρίσις. In sacris significat tùm ipsam *judicationem*, h. e. modum & actionem judicandi vel personam, vel factum *Joh. V, 30. Ap.* XIX, *2.* tùm judicium condemna-

demnationis, tàm activè, ex parte judicantis, *Joh. V, 22.* οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, non ineptus est Heinsius, qvando cum Veteribus statuit enallagen, ut τὸ κρίνειν sit ἀντὶ τοῦ, κρίνεσθαι Christus enim ex potestate judiciariâ contra Judæos probat se esse verum DEUM: qvàm passivè ex parte condemnati. Sic exponi debet illud *Act. VIII, 33.* ex *Esa. LIII, 8.* Hebræa veritas habet: ממעצר וממשפט לקח. Lucas, qvi ad amussim LXX. Interpp. secutus est, vertit: ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Variârunt Græci constructionem, qs. scriberetur, בעצר משפטו לקח sed nullâ sensûs variatione, sive enim dicas, *sublatus est è judicio*, sivè, *judicium ejus sublatum est*, idem dicis. Ταπείνωσις optimè qvadrat ad עצר. Dicit enim illam depressionem, qvâ in sepulcrum detrusus, veluti in carcere conclusus ac detentus fuit. משפט verò & κρίσις dicunt *judicium supplicij*, vel ipsum supplicium. Tum ipsam condemnationem, inprimis æternam. Hinc Resurrectio universalis qvoad reprobos vocatur ἀνάστασις κρίσεως, qvia actualem eumq; plenum condemnationis sensum secum affert. *Joh. V, 29.* Tùm ultimum mundi judicium *Matth. X, 15. Hebr. IX, 27.* Tùm justitiam. *Matth. XXIII, 23.* Christus ad Pharisæos inqvit: ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ Νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν. Errant, qvi τὴν κρίσιν ad solum judicis officium trahunt, cum latiùs se extendat, & notet omne id, qvod justum & æqvum esse in communi vitæ usu censetur. Hebræorum משפט qvoqve subindè latius est, & qvævis hominum inter se officia comprehendit. Non contemnendum tamen hîc est, qvod notat Grotius ex Maimonide, משפט, qvando opponitur חסד ea denotare, qvæ jure exigi possunt. Tùm doctrinam Evangelii *Matth. XII, 18. 20.* ut, qvæ justitiam Christi offert & commendat.

Qvid *h. l.* per משפט intelligatur, adhuc controvertitur. Lombardus & Carthusianus activè hanc vocem exponunt de judicio discretionis in hâc vitâ. Chaldæus refert ad judicium universale & ultimum. לא יזכון רשיעי ביומא רבא *non innocentes erunt improbi in die magno.* Magnus vocatur dies ultimus, qvia in eo tanqvàm horizonte temporis & æternitatis magna fient, qvoad tàm electos & reprobos, qvàm

mundum visibilem. Sic apud Romanos *magnus dies* vocabatur, qvi dabat victoriam, belloq; aut gravibus malis finem imponebat, ut docet Tacitus in *vit. Agric.* & Turnebus *l. I. Adverſ. c. 24.* Alii *h. l.* intelligunt judicium particulare, qvod DEUS in hâc vita exercet in impios. Et horum alii referunt ad illud immediatum, qvod exercetur coràm uniuscujusqve domestico tribunali, maximè in horâ mortis. Ità R. Aben Ezra. Alii ad mediatum illud, qvod per Magistratum exercetur. Ità Lutherus *Tom III. Witeb. Lat.* Utraqve sententia conjungi potest, ut sensus sit: Nec in judicio, qvod in terris juxtà normam legis divinæ exercetur, tàm interno, qvàm externo; nec in judicio extremo impii poterunt sese qſ. ex pulvere erigere, & ità firmitèr subsistere.

עדה בעדת notat cetum certum, in certo loco, ad certam rem peragendam congregatum, à יעד *certum locum* vel *tempus* certæ rei peragendæ *condixit*. Rabbinis עדה ad minimum constat X personis, uti legere est in Sanh. *c. I. miſchn. ult.* R. Aben-Ezra explicat per חבורה, qvod dicit *congregationem ſodalium, collegium, ſocietatem*.

LXX. videntur legisse בעצה. Hinc planè, ut *v. 1.* expressêrunt, ἐν βουλῇ, & Vulgatus; *in Consilio*. Qvod pro suo candore & in Hebræam veritatem amore corrigit Simeon de Muis ad *h. l. Mendosè*, inqvit, *in qvibusdam exemplaribus Latinis legitur*, consilio, *nisi accipias pro loco consilij, qvomodo accipi potest vox Græca* βουλή, *ex qva fortè expressum fuerat*, consilio, *qvod in Bibliis Sixti correctum est*, concilio.

Aqvila vertit; ἐν συναγωγῇ, Qvi terminus modò latior, modò strictior. Latè Synagoga dicit qvamvis *collectionem, congregationem*, à συνάγειν, ſ. *colligendo* denominatam *Jac. II, 2.* Strictiùs deindè sumi & transferri cœpit tàm ad loca, qvàm ad conventus ipsos sacris instituendis ordinatos, imprimis in populo Judaico, qvi passim inter Gentes suas habebat Synagogas propter abductionem decem tribuum, earundemq; dispersionem. *Luc. VII, 5. Act.* XVII, *1.* Huc pertinet, qvod *Matth. IV, 23.* Christus dicitur docuisse in Synagogis. Non est, qvod miremur. Solitos enim Archisynagogos eum honorem deferre viris gravibus ac eruditis, docemur ex *Act.* XIII, *15.* qvod rectè observat adversùs Marcionem Tertullianus *l. IV.* Sed etsi passim Synagoga adiretur, non tamen ad docendum nisi ab optimè

optimè cognito & explorato & probato jampridèm in hoc ipsum, vel aliundè commendato. Mansit is mos aliqvandiu in Ecclesiâ Christiana, ut concessu Episcoporum Scripturas interpretarentur non Presbyteri tantùm, aut Diaconi, sed & οἱ τῆς χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότες. Ità Eusebius Origenis, aliorumq; exemplo probat, λαϊκοὺς ὁ μιλεῖν οὐκ ἀνείθιστον, sed τῇ τοῦ προεστῶτος ἐπιτροπῇ. Vide Grotium ad *loc. cit* Christiani qvoqve à vocabulo Synagogæ non abhorruerunt. *Jac. II, 2.* Et Theophilus *advers. nat. l. II* οὕτω δέδωκεν ὁ θεὸς τῷ κόσμῳ λυμαινομένῳ καὶ χειμαζομένῳ ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων, τὰς συναγωγὰς λεγομένας ἐκκλησίας ἁγίας.

Theodotion habet συλλόγῳ. Σύλλογος autem notat cœtum ex dispersis collectum, & colligendo exemtum, ac à reliqvis separatum. Utrumqve enim verbum συλλέγειν dicit, & colligere dispersa *Matth.* XIII, *30.* & colligendo à reliqvis segregare *vers. 41.* De voce συνελεύσεως, qvam Symmachus adhibet, vid. Schmidius ad *Matth. I, 18.*

Si qværas; qvid importet illa non surrectio בערת צדיקים? respondentem habes Raschi satis benè, idem esse, ac non adscribi justorum Concilio. Theodoretus, Τὸ δὲ, inqvit, οὐδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων, τουτέστι, τάξει καὶ ἀξιώματι, *in justorum ordine ac dignitate.* Nempe per עדה potest intelligi congregatio justorum, tàm militantis, qvàm triumphantis Ecclesiæ. Neutrius impii cives sunt. Illius qvidem hìc se jactitant membra, sed putrida sunt ac mortua.

צדיקים] Vox Ebræa, uti & Græcorum δίκαιος usurpatur α. de *justitiâ civili*, prout justus dicitur is, qvi secundùm leges civitatis honeste vivit, neminem lædens, suum cuiqve tribuens, & προαίρεσιν seriam justè agendi habens, *Job. I, 1. Matth. I, 19. Luc.* XXIII, *50.* β. de *justitiâ theologicâ*, tùm *imputatâ*, *Hab. II, 4.* ubi adjectum אמונה docet, justum dici, non qvi aliqvid rectum facit, aut ab hominibus non culpatur aut nullam externam ob causam factus est rejectaneus à societate Reip. Israëlis, tanqv. רשע, ἁμαρτωλὸς; sed qvi in judicio Dei absolutus est, & cujus conscientia est purgata à peccato, qviq; jus habet filii DEI ad sperandam vitam lege promissam pro hæreditate *Mat.* XIII, *43.* Tùm *inhærente*, câq; tàm *legali. Eccles. VII, 20.* Qvandoqvid. *nullus est* צדיק *in terrâ*, sc. ejusmodi,

di, qvi præditus est justitiâ inhærente perfectâ, s. penes qvem est universus virtutum chorus, ità ut bonum nunqvam non faciat, malum nunq. non aversetur *Matt.* XXVII, 19. qvàm *Evangelicâ*, qvæ talis dicitur κατ' ἐπήκειαν & interpretationem, qvæq; in amore DEI sincero & seria pœnitentia consistit. *Ezech.* III, 20. *I. Joh.* III, 7. Hoc loco pii vocantur צדיקים, qvia ornati sunt justitiâ, tùm α Christi, per fidem imputatâ; tùm β operum, auxilio Spiritûs S. in ipsis inchoatâ: propter qvam proindè, γ in comparatione ad reliqvos mundi sectatores, dicuntur justi, seriâ cordis intentione spectatâ; & qvi deniqve δ justi erunt in vita alterâ, justitiâ inhærente perfectâ.

Versus VI.

Hebræus: כי יודע יהוה דרך צדיקים ודרך רשעים תאבד׃

Chaldæus: מטול דגלי קדם יי אורח צדיקיא ואורחתהון דרשיעי תהובד׃

Syrus: מטל דירע הו מריא אורחא דצדיקא ואורחא דרשיעא תאבד

LXX. Ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Junius: Nam (Vulg. *Qvoniam.* Münst. *autem*) agnoscit (Vulg. Münst. *novit.* Castalio; *curat.*) Jehovah (Vulg. *Dominus*) viam justorum: at (Arias, Pagninus, Vulg. Münst. &) via (Vulg. Münst. *iter*) improborum (Vulg. Münst. *impiorum*) peritura est. (Vulg. Münst. *peribit.*)

Lutherus: Denn der HERR kennet (*Versio antiqvior*; hefft bekant.) den Weg der Gerechten. Aber der Gottlosen Weg vergehet. (*MSta*; Und der Steig der unmilten verdirbt. *Versio antiqvior*; Un de Weg der Bösen scal vorderven. *Piscator*; wird vergeh: *Dietenb.* wird umbkommen.)

Belgica: Want de HEERE kent den Wegh der Rechtveerdigen/maer de Wegh der Godtlosen sal vergaen. (*Editio antiqvior*; vergaet.)

EXEGESIS.

Videtur sermo hujus versus esse ellipticus. Primum membr. habet; *Qvia novit Jhovah viam justorum.* Alterum; *via a. impiorum peribit.* In utroq; membro deest, qvod ex altero supplendum. In priori membro posità causâ reticetur event⁹; in po-

in posteriore posito eventu reticetur causa. Sensus integer est: Qvia DEUS novit justorum viam, ideò ea non peribit: Viam a. impiorum qvia non novit, ideò ea peribit. Conf. ex N. T. *Joh.* XIV, *10.*

כי] Varias particula hæc apud Hebræos subit significationes, (ut & apud Græcos ὅτι) communiter est αἰτιολογικὴ sic *Deut.* XX, *19.* rationem dicit, cur arbores fructiferæ in obsidione urbium non sint disperdendæ, כי האדם עץ השדה וגו׳ Torqvent sese Interpretes. Chaldæus, Græcus, Latinus, volunt esse ה׳ interrogativum, eamq; interrogationem per negationē exprimunt. *Non n. est sicut homo arbor agri. Qvoniam lignum est, & non homo.* Luth. Ists doch Holtz auff dem Felde/und nicht Mensch ה׳ apud Hebræos sæpè esse מלת השאלה non dubitatur *Eccles. III, 21.* Junius existimat hîc opponi arbores sylvestres fructiferis & vescis. Vertit ergò, *Nam agrestes arbores cuivis expositæ sunt, ut procedant antè te ad propugnaculum*, h.e. in agro satis est arborum agrestium, qvæ struendis turribus & propugnaculis accommodari possint, ut non opus sit, in eas, qvæ ferunt fructum esculentum, vibrare securim. Verùm ità legendum fuisset non האדם, sed לאדם. Cl. Dieu vult ה׳ in האדם esse הא׳ הקריאה *He Vocativum*, hoc sensu: qvia, ô homo, arborem agri oportet venire à conspectu tuo in obsidionem. An לבוא hunc admittat sensum, dubito. R. Aben-Ezra vult esse ellipticam locutionem, ut homo ponatur pro vitâ hominis h. m. nam hominis vita est arbor agri (alimentum n. indè proveniens mutatur in substantiam hominis) sic plena foret sententia hæc: *Et eam non succides, (qvoniam* [ut dictum] *hominis vita est arbor agri,) ut veniat Tibi in propugnaculū.* Græcorum ὅτι causale esse, constat ex *Matth.* XIII, *11.* ubi Christus discipulis interrogantibus, cur populo per parabolas loqvatur, reponit; ὅτι ὑμῖν δέδοται &c. Ubi ly ὅτι non πλεονάζει, ut vult Erasmus, sed causam dicit, relatum vel ad præcedens interrogativum, διὰ τὶ *v. 10.* vel ad subseqvens διὰ τοῦτο *v. 13.* ità ut *v. 12.* parenthesi includatur. Qvær.; an part. ὅτι vim αἰτιατικὴν obtineat *Joh. V, 27.* καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν (ὁ πατὴρ) αὐτῷ (τῷ υἱῷ) καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς Ἀνθρώπου ἐστί? *Resp.* Si ὅτι referatur ad verbum ἔδωκεν, nego; siqvidem natura humana non est causa, undè illa potestas judicandi dependeat: ità reddi malim διοριστικῶς, per *qvatenus*, (qvamvis hic significatus sit insolen-

insolentior;) ut ostendat naturam, cujus respectu illa potestas Christo dicatur esse concessa. Si v. referatur ad verba immediatè præcedentia, κρίσιν πιεῖν, non video, qvid obstet, qvò minus vim causæ obtineat. Judicium n. eo qvo Scriptura prædixit modo, exercere non potest Christus nisi in naturâ humanâ. Hinc Lutherus ad marginem: **Das Gericht muß offentlich vor allen Menschen gehalten werden: darumb muß der Richter auch Mensch seyn / den man sehen könne: und doch auch GOtt / weil Er GOttes Richtstuel besitzen soll** Est, ubi reperias כי adversativũ, *Sed, Verùm*, כי per אם *Gen.* XLV, *8. non vos me misistis huc*, כי *sed Dominus. Psal.* CXV, *1. Eccles. II, 10.* sic ὅτι pro ἀλλὰ *Ezech.* XLIV, *2.* Subindè כי est exceptivum, referens Latinorum *Qvamvis*. Insignis locus exstat *Gen* IIX, *21 Non ultrà maledicam terræ propter homines*, כי *figmentum cordis humani malum à pueritiâ.* Vulgatus expressit per *Enim.* Est, qvi à causali abhorreat, ex hoc principio, qvia sic ejusdem causæ planè contrarii darentur effectus *Gen. VI, 3. & 5.* Sed errat. Nam α *Gen. VI.* est decretum justitiæ; *b. l.* decretum misericordiæ β nec causa habet se eodem modo: ibi n. peccatum originale consideratur in actu pleni dominii; hîc ut remissum ac mortificatum. Et qvis nescit γ eundem Solem pro dispositione materiæ & indurare & liqvefacere? Si qvis urget significatum εὐπολεμικὸν, non reclamamus morosè. Allegaretur n. malitia originalis, non ut principium misericordiam Dei promerens, sed ut occasio, non præbita à peccatore, qvia ità Deus illi potius irascitur, eiq; imputat peccatum, & pœnas debitas infligit: neq; etiàm à Deo accepta, ut ad commiserationẽ ergà hominẽ per se moveatur à peccato; sed est sumta à Deo occasio contrà naturam peccati, dum ex merâ misericordiâ vult miseris hominibus à Sathanâ seductis succurrere, non propter peccatum, sed propter filium Mediatorem. Malumus tamen כי per *qvamvis* reddere, ut sit sensus: Qvamvis, si pro rigore justitiæ agere vellem, hominẽ propter peccata delere possem, ut in diluvio factum. Tamen promitto ex gratia, me non puniturum eo modo. Aliàs nullus esset nec finis, nec modus suppliciorum, qvia nullus est, nec finis, nec modus peccandi in humano genere. Conf. *Jos.* XVII, *18. II. Sam.* XXIV, *10. Psal.* XXV, *11.* XLI, *5.* LXXI, *15. Pr. VI, 35. Ez. III, 9.* Nonnunq. כי est illativum, *idcircò, ideò.* Sic *Ps.* CXVI, *10. credidi*, כי *locutus sum.* Non insulsũ est, qvod vult Sim. de Muis כי posse accipi

pro

pro *etsi*, hoc sensu: *Credidi*, nec vacillavi unqvàm, *etsi locutus sum* interdùm imprudentiùs: verùm maxima calamitas, in qvâ eram, extorqvebat illas voces: hoc significabit posterius membrum, *ego oppressus eram valdè*. Qvid a. locutus sit, mox dicit *v. 11.* Verùm, qvia Apostolum in applicatione aliter habemus præeuntem *II. Cor. IV, 13* διὸ ἐλάλησα, non dubitamus pro collectivo s. rationali *h. l.* agnoscere. Sic *Eccles. V, 6.* Ut *vanitates multitudini somniorum, ità & multis verbis: כי Deum time.* Sunt qvi כי pro אם. Verùm Stylus Salomonis in Eccl. & Prov. is est, ut ex propositionibus Ethicis per vocula *iccircò* aut similem illativè & porismaticè mandata deducat. Puto g. *h. l.* remedium proponi contrà temeritatẽ in vovẽdo, *h. m.* Qvia tanta in multiloqvio est vanitas, tanta etiàm in votis temerè prolatis, iisq; scelestè violatis ac mẽdaciter excusatis periculositas: ideò tu Deum time, h. e. cave, ne temerè qvid voveas, aut qvod vovisti, non præstes, ne Deum offendas. conf. *Gen. XXII, 17. I. Sam. II, 25. Jer. IV, 18* Sic apud Græcos ὅτι pro διὸ *Luc. VII, 47. remissa sunt ei peccata ejus multa*, ὅτι *dilexit multũ.* Ostenditur remissionis non causa, sed argumentum, aut signum. Hinc Theophylactus; ὅτι ἠγάπησε πολὺ, i. e. πίστιν ἐνδέιξαδ πολλὴν *declaravit copiosam suam fidem.* Ipse Didacus Stella agnoscit, dictionem ὅτι *h. l.* significare, qvamobrem. Vid. Franzium *de Interp. Orac. LXI.* Sæpè כי est asseverativum & confirmativum, respondens Latinorum, *certè, utiq; Job. VIII, 6. si tu purus & rectus sis*, כי sanè *tùm vigilabit super te* &c. nisi velis subaudire; ajo, affirmo, λέγω ὅτι, διϊσχυρίζομαι, ὅτι &c. conf. *Ps. X, 14. Eccles. VII, 7.* Sic ὅτι *I. Joh. III, 20. Qvoniam si condemnet nos cor nostrum*, ὅτι, utiq; *major est Deus corde nostro, qvi novit omnia.* Camerarius vult, esse aposiopesin, ità: si condemnet nos cor nostrum, i. e. conscientia propria; (nihil relinqvitur spei bonæ apud Deum) qvia illi omnia sunt nota. Ità optimè qvadrat, *reverâ, profectò, sanè, utiq;.* Hoc vult Johannes dicere; Frustrà agis, si dicas te amare, nec tamen ames. Nam si cor tuum non potes celare hypocrisin tuam, multò minus eam celabis Deum, qvi intimiùs cor tuum introspicit, ac tu ipse. Plura addere supersedeo.

Hoc loco non est adversativum, ut vult Münsterus, qvia membrum primum ad antecedentia nullam habet oppositionem. Rectiùs alii Interpretes pro causali habent, qvia propositioni tàm in ἀποφάσει,

qvàm in καταφάσει sua subjicitur confirmatio, ut non saltem de subjecto constet & prædicato, sed & de prædicati cum subjecto connexione, & affectionem beatitudinis viro justo inesse, injusto verò deesse ad oculum demonstretur.

ידע] Satis egregiè Junius; *agnoscit*. Et Castalio; *curat*. Verba enim cognitionis in sacris literis non nudam semper γνῶσιν, sed sæpiùs alios qvoqve motus, affectus, effectusqs, qvi notitiæ conjuncti esse solent tàm in intellectu, qvàm in voluntate connotant.

ידע ergò *h. l.* est πρακτικὸν ac ἐνεργὲς, dicitqs intimum rei complexum, tàm in intellectu, qvàm in affectu. Estqs a verbum *auctoritatis*. Novit Dominus viam justorum, qvia auctor ejus viæ factus est, & in nomine ipsius eam insistunt justi. Planè sicut *Hos VIII, 4. Principes constituerunt, & non scio*, h. e. me non consulto & tanqvàm inscio, ità ut non fierem auctor. β *electionis*. Novit Dominus viam justorum, qvia elegit illos, ut ambularent in viâ istâ, qvod solet & προγινώσκειν dici. Sic *Gen. XVIII, 19 Cognovi*, h. e. elegi *ipsum, ut præcipiat filiis suis. Amos III, 2. Vos solos agnovi*, h. e. elegi *ex omnibus tribubus terræ* γ *amoris, approbationis & acqviescentiæ*. Placet via justorum Deo. Sicut *Hebr. III, 10.* ex *Psal. XCV, 10.* αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδός μου. Haben ihnen meine Wege nicht gefallen lassen. δ *curæ & directionis*. Novit Dominus viam justorum, h. e. curat illorum studia atqve actiones dirigendo ac provehendo, ut prosperum habeant exitum, suumqs assequantur finem. Ità *Psal. CXLIV, 3. Domine, qvid* est *homo, qvod cognoscis* (h. e. curas) *eum?* Genebrardus & alii addunt significatum remunerationis, sed hic alienior est à consvetudine Hebræi Sermonis. Conseqventer tamen ex jam recensitis significatis fluit.

Græci adhibent verbum γινώσκειν. Νοέω est *intelligo, cognosco*. indè νοΐσκω, & per synæresin cum ectasi νώσκω, undè Latinorum *nosco*: cui Æoles præfigunt γ, γνώσκω (sicut Latinis *Gnatus* pro *Natus*: indè & Latinorum composita, *agnosco, cognosco.*) & reduplicatione γιγνώσκω, pro qvo sæpiùs γινώσκω. Cæterùm γινώσκω non tantùm significat *cognoscere*, sed etiam *agnoscere cum acceptatione*, vel consensu *Luc. XIX, 44. Joh. VIII, 43. Eph. III, 19. approbare*, ut rem placitam habere *Rom. VII, 15. Qvod n. perpetro, τὸ γινώσκω, non approbo.* Conf. *Ap. II, 4. agnoscere suum*, cum affectu amoris agnoscere. *Matth. VII, 23.*

VII, 23. Joh. X, 14. I. Cor. III, 20. II. Tim II, 19. I. Joh. III, 1.

Hoc loco practicam hujus verbi significationem agnoscunt Theodorus Antiochenus & Theodoretus. Ille enim, Τοῦτο γινώσκειν, inqvit, οὐκ ἐστὶ ἐπιγνώσεως, ἀλλ' ἐπιοικειώσεως καὶ ἐπιμελείας. Hic verò: Τὸ γινώσκει ἀντὶ τοῦ τιμᾷ, ὡς ἐν τῷ, ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ.

Ethica sunt aliena paululum, qvæ habet Origenes: καλὸν μόνον γινώσκεται ὑπὸ κυρίου. Φαῦλον δὲ οὐδὲν οὐδέποτε. καλὸν γὰρ ὁδὸς δικαίων. καὶ οὐκ ἂν εἶπε, γινώσκει κύριος ὁδὸν ἀσεβῶν, ἐπεὶ ἀνάξια τῆς γνώσεως αὐτοῦ τὰ κακά. Ὅταν γὰρ ἥμαρτεν ὁ Ἀδὰμ, οὐκ οἶδεν αὐτὸν, οὐδὲ τὸν τόπον, εἰς ὃν ἐκπέπτωκε. διό φησιν, Ἀδὰμ ποῦ εἶ; Gen. III, 9 καὶ τὸ δαιμόνιον ὡς οὐκ ἄξιον εἰδέναι, οὐδὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, πυνθάνεται τί τὸ ὄνομα αὐτοῦ; ὁ δὲ ἀποκρίνεται λέγων, λεγέων. Luc. VIII, 30 καὶ πρὶν δὲ τὴν ἄφεσιν τῆς σωτηρίας λαβεῖν τὴν αἱμόῤῥουν, πυνθάνεται λέγων. Τίς μου ἥψατο; v. 43. Ἁρμόσει δὲ τοῖς περὶ γνώσεως καὶ ἀγνωσίας θεοῦ, τὰ συνεχῶς κείμενα ἐν τῇ προφητείαις ὀνόματα, μνήμη καὶ λήθη θεοῦ. εἴρηται γὰρ ἐν εὐχαῖς τὸ Μνήσθητί μου. καὶ, ἵνα τί μου ἐπελάθου; ἀπόῤῥιπτει γὰρ τῆς ἑαυτοῦ μνήμης τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὥσπερ πάλιν προσίεται τοὺς μετανοοῦντας.

ודרך] ו adversativum est. Junius; *at.* Lutherus; aber. Belgæ; maer. Ità *Es. XXXIIX, 21. Et dixit Esaias, sumant massam ficuum, & adpingant super ulcus, ut vivat.* Dices; jamdum revaluerat Hiskias, ut liqvet ex ode evcharisticâ, qvæ est à *vers. 9.* ad *21.* qvid ergò qvær. morbo medela? Neutiqvàm te extricabis, nisi adserere velis, ו in ויאמר esse adversativum, ut sensus sit: *dixerat a. Esaias, & v. 22. dixerat autem Hiskias.*

Locutio est metonymica: *Via improborum peribit*, h. e. Improbi ipsi ob suam vivendi rationem tandem peribunt. Sic *Es. I, 30* qvercus dicitur defluere foliis suis, cùm tamen non qvercus defluat, sed folia. Advertit hoc Robertus Steph. *in Thes. Bibl Hebraismus est*, inqvit. *pro;* Impii unà cum vita & actibus suis peribunt. Theodoreto Via est terminus viæ, s. actionum exitus. Hinc; ὡς ἀπώλεια, inqvit, ἔσται τὸ τέλος τῶν πονηρῶν πράξεων. Nec aliter Tossanus in notis: Was die Gottlosen thun und fürnehmen/ hat ein böses Ende/ und geräht zu ihrem Verderben. Planè alitèr Chrysostomus ad *Ps. CXLV, 9. Non dixit*, inqvit, *disperdet peccatores, sed viam ipsorum*, h. e. eorum actionem. *Non n.*

aversatur

eversatur naturam, sed odio habet vitium. Et Ambrosius ad *h. l. Perire iter impiorum dixit, non impios: servat eorum substantiam, qvi, si convertantur, solum iter impietatis amittet.*

רשעים] Rectè observat Aben-Ezra: אם נפשות הרשעים תאבדנה אפכי נפשות הלצים או תהיה מלת רשעים כוללת חטאים ולצים: *Si animæ improborum interibunt, multò magis animæ irrisorum.* Vox רשעים *includit & peccatores & ἐμπαίκτας.*

תאבד] Verbum אבד lati usûs est. Nonnunqvam *perire* dicitur, qvod extrà notitiam curamq; ejus est, per qvem conservatur, ut שה אבד *ovis perdita*, alienata à pastoris sui cura. Sic *Es. LVII, 1. perire* dicitur *justus*, qvi moritur, & ex notitia hominum eripitur. Alibi *perire* dicitur, qvi ingenti ærumnarum pondere pressus, ità destituitur necessariis, ut vitam ac incolumitatem tueri non possit, neqve adeò jam sit suus, sed aliorum, qvorum vivat beneficio. Sic est *Pr. XXXI, 1.* junctũ איש דל *paupertati.* Et *Deut. XXVI, 5.* Jacob dicitur *periisse Syrus*, in Syria, h. e. exsul, nihil habens ad vitam tuendam, nec domum, nec vestes, nec victum, ideoq; nec suus, sed Servus Labanis, ut domûs, vestium, cibiq; alieni particeps fieret. Hoc loco intelligitur [a] de eversione totali omnis felicitatis & abolitione exspectationis omnis. Conf. *Job IV, 7. c. V, 16.* [β] de æternâ damnatione. Hinc אבדון dicitur status damnatorum, s. illud שאול, ubi infideles promeritas peccatorum pœnas luunt, ubi *deperdita* jam est omnis ipsorum felicitas, absqve spe ullà ex barathro infernali rursùs emergendi. *Prov. XV, 11.* In N. T. Angelus abyssi dicitur nuncupari Ἀβαδδὼν *Apoc. IX, 11.* & Ἀπώλεια, qvo verbo *h. l.* utuntur Græci, æternam damnationem notat *Act. VIII, 20. Rom. IX, 22. Phil. I, 28. I. Tim. VI, 9. Hebr. X, 39. II. Petr. II. 1.*

Huc respicere videtur R. S. Jarchi, sententiam complens h. m. לפי שהוא יודע דרך צדיקים ולפניו הוא להכירה תמיד ודרך רשעים שנואה בעיניו ומעבירה מלפניו על כן לא תהא תקמת רגל לרשעים ליום הדין ולחטאים ליכתב בערת צדיקים:

Hugo Grotius explicat activè; *peribit*, h. e. in exitium eos ducet, sensu optimo, ut appareat, sicut salus justorum fundatur in solâ miseratione ac רעת יי, sic impiorum interitum qvoad principium ac meritum pœnæ divinitùs immissæ ex ipsis impiis pereuntibus esse.

Conf. Os. XIII, 9.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740018175/phys_0078
DFG

μὲν, ἀναστήσονται δὲ ἐπὶ κολάσει, καὶ τιμωρίᾳ. *Resurgent qvidem sed ad pœnas & supplicia.* Didymus: ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται. ἀλλ' ἀναστήσονται μέν, οὐ κριθήσονται δε, τυγχάνοντες αὐτοκατάκριτοι. ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἰς ἐμέ (φησιν) ἤδη κέκριται. *Non resurgent impij, nimirùm in judicio; resurgent qvidem, verùm non judicabuntur, cum suâ sint sententiâ damnati. Nam* qvi non credit in me, *inqvit Joh. III, 18.* jam judicatus est. Theodorus clariùs: Μετὰ πολλῆς ἀκριβείας διέξεισιν ἅπαν τὸ πανάγιον πνεῦμα. οὐ γὰρ εἶπεν, οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς, ἀλλ', οὐκ ἀναστήσονται εἰς κρίσιν. Τουτέστιν. ἀναστήσονται μὲν, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν. οὔτε γὰρ ἐλέγχων δέονται, προφανῆ τὴν ἀσέβειαν ἔχοντες, ἀλλὰ τιμωρίαν μόνην προσδέχονται. καθάπερ γὰρ οὐδὲ ἐπ' αὐτοφόρῳ ἁλῶντας ἀνδροφόνους οὐκέτι τὸ ἐλέγχειν εἰσάγουσιν οἱ δικάζοντες, ἀλλ' ὥστε τὴν τοῖς νόμοις δοκοῦσαν ψῆφον ἐξενεγκεῖν κατ' αὐτῶν. οὕτω καὶ οἱ ἀσεβεία συνεζηκότες, εὐθὺς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὴν κόλασιν ὑπομένουσιν, οὐκ εἰς κρίσιν ἀγόμενοι, ἀλλὰ τῆς τιμωρίας τὴν ψῆφον δεχόμενοι. *Spiritus S. cum magna accuratione totum exponit. Non enim dixit,* Non resurgent impii, *sed,* Non resurgent in judicio. *Hoc est:* resurgent qvidem, sed in damnationem. *Non enim opus habent accusatione, qvi manifestâ impietate tenentur, sed solum supplicium exspectant. Qvemadmodum enim in ipso cædis crimine deprehensos, non ad qvæstionem judices adducunt, sed ut legibus consentaneam in eos ferant sententiam: ita qvi in impietate vixerunt, statim à resurrectione pœnas subeunt, non in judicium vocati, sed ad supplicij sententiam acciti.* Sensus horum omnium est, omnes qvidem impios judicandos esse judicio damnationis, qvo debita cuiqve pœna decernetur; non tamen judicandos esse judicio discussionis, qvia nullâ opus habent discussione, qvi suam liqvidò afferunt damnationem, qvæ tunc orbi innotescet. Non resurgent ergò impii in judicio, qvia in eo cadent causâ suâ & damnabuntur. Eandem esse sententiam Augustini, Hieronymi & Euthymii, vult Sixtinus ab Amamâ in *Antibarb. Bibl. ad h. l.* Aliter Dionysius Carthusianus, qvi, *Non resurgent,* inqvit, *impij in judicio discretionis, qvo homines justi seipsos examinant,*